

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Liber IV

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

A  
C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV NERONIS

HISTORIAM LIBER IV.

BREVIARIUM LIBRI.

B **A**CIES & miseria Romanae urbis. L. Vitellius se cum cohortibus dedit: sed nibilo secius ipse interfectus. Imperium Vespasiano à Senatu firmatur. De Heluidio Prisco accuratius, insigni viro. de dissidiis eius cum Eprio Marcello. Mucianus inter hac urbem ingreditur. is Calpurnium Pisonem interfici iubet. Initia & motus Germanici belli: quod, duce Ciuii, Bataui primi sumpsere. Postque eos, Caninesates. Praesidia & castella Romana eiciunt aut exscindunt. Aquilium primipilarem, & post Mumium Lupercum legatum praeliis vincunt. Batauorum veteranae cohortes ad Ciuilem abeunt. quas transitu arcere Herennius Gallus conatus, item funditur. Castra vetera à Ciuii obsidentur. Seditio militum Rom. contra Hordeonium. & summa belli Vocula permessa. Is contra Ciuilem duxit: & primò victus, praeter spem fortuitò vicit. Iterum seditio in Hordeonium: quem & interficiunt. Quaedam Romae & apud Patres gesta. iurgia: accusationes. Vitelliani milites compositi. alij in praetorium lecti. C. L. Pisonis in Africa cades. Capitolium Romae restitutum. Treueri & Lingones à Romanis deficiunt, & reliquae Galliae nutant. Ipsae legiones cohortesque Romanae parum fide, & à Gallis corrumpebantur. Vocula interficitur. Sacramentum Romani pro imperio Galliarum dicunt. Idem legiones fecere, quae in Veteribus diu obsesse. Nec Agrippinenses ultra contati, quin se victoribus adiungerent. Lingones interea à Sequanis fusi. At Romae, imperium periclitari visum: & Domitianus ipse ad hoc bellum accingitur, cum Muciano. Legiones quattuor statim praemissae. Galli interea deliberant: & pluribus sanioribusque cum seruitute pax placuit. Petilius Cerialis Treueros magnà pugna vicit. defectores plerique ad Romana signa rediere. Paullò post acriter iterum certamen cum Ciuii & Classico: cuius initio ambiguo, letus Romanis finis fuit. Vespasiani in Aegypto facta & edita ab eo miracula. itemque de oraculis & sortibus ad eius imperium. Gesta illo ipso anno, cuius parte postrema Consules

IMP. VESPASIANVS ITERVM, TITVS FILIVS.

D **I**NTERFECTO Vitellio, bellum magis desierat, quam pax coepit. Armati per urbem victores, implacabili odio, victos confestabantur. plenae caedibus viae, cruenta fora templaque, passim trucidatis, ut quemque fors obtulerat. Ac mox, augescente licentia, scrutari, ac protrahere abditos: si quem procerum habitu, & iuuentam, prospexerant, obtruncare; nullo militum, aut populi discrimine. quae saevitia, recentibus odiis, sanguine explebatur; dein verterat in auaritiam. Nihil usquam secretum aut clausum sinebant, Vitellianos occultari simulantes. Initium id perfringendarum domuum, vel si resisteretur, causa caedis. nec deerat egentissimus quisque ex plebe, & pessimi seruitiorum prodere vltro dices dominos. alij ab amicis monstrabantur. Vbique lamenta, conclamationes, & fortuna captae urbis, aded ut Othoniani Vitelliani que militis inuidiosa antea petulantia desideraretur. Duces partium accendendo ciuili bello acres, temperandae victoriae impares. Quippe in turbas & discordias pessimo cuique plurima vis, pax & quies bonis artibus indigent. Nomen sedemque Caesaris, Domitianus acceperat, nondum

Cap. 1.  
Seditio in urbe:

Et praedicta.

Nec duces militi coerendo.

Cap. 2.

Antonius  
impotenter  
se gerit.

L. Vitellius  
se dedit.

Isq; interse-  
ctus.  
Cap. 3.  
Campania  
composita.

Honores in  
Vespasianum  
à Senatu.

Qui comiter  
ad eos scri-  
bit.

Cap. 4.  
Eiam Mucianus:  
Sed superbe.

Honores in  
duces.

nondum ad curas intentus, sed stupris & adulteriis filium Principis agebat. Praefectura A  
prætorij, penes Arrium Varum. Summa potentia, in Primo Antonio. is pecuniam fa-  
miliamque è Principis domo, quasi Cremonensem prædam rapere. Ceteri modestiâ vel  
ignobilitate, ut in bello obscuri, ita præmiorum expertes. Ciuitas pauca & seruitio pa-  
rata, occupari redeuntem Tarracinâ L. Vitellium cum cohortibus, exstinguique reliqua  
belli, postulabat. Præmissi 3 Ariciam equites. agmen legionum, intra Bouillas stetit.  
Nec contatus est Vitellius, seque & cohortes arbitrio victoris permittere. Et miles infel-  
licia arma, haut minus irâ, quam metu abiecit. Longus deditorum ordo, septus armatis,  
per urbem incessit. Nemo supplici vultu, sed tristes & truces, & aduersum plausus ac la-  
sciuiam insultantis vulgi immobiles. paucos erumpere ausos, circumiecti pressere. cete-  
ri in custodiam conditi. Nihil quisquam locutus indignum, & quamquam inter aduer-  
sa, salua virtutis fama. Dein L. Vitellius interficitur, par vitii fratris, in principatu eius  
vigilantior, nec perinde prosperis socius, quam aduersis abstractus. Iisdem diebus Lu-  
cilius Bassus, cum expedito equite, ad componendam Campaniam mittitur: discordi-  
bus municipiorum animis, magis inter semet, quam contumaciâ aduersus Principem. B  
Viso milite, quies, & minoribus coloniis impunitas. Capuæ, legio tertia hiemandi caus-  
sâ locatur: & domus illustres afflictæ, cum contra Tarracinenses nullâ ope iuuantur.  
Tantò proliuius est iniuriæ, quam beneficio vicem exsoluere: quia gratia oneri, vltio  
in quaestu habetur. Solatio fuit seruus Verginij Capitonis, quem proditorem Tarraci-  
nensium diximus, patibulo affixus, in iisdem annulis, quos acceptos à Vitellio gestabat.  
At Romæ senatus cuncta principibus solita, Vespasiano decernit, latus & spei certus.  
quippe, sumpta per Gallias Hispaniasque ciuilia arma, motis ad bellum Germanis, mox  
Illyrico, postquam Ægyptum, Iudæam Syriamque & omnes prouincias exercitusque  
lustrauerant, velut expiato terrarum orbe, cepisse finem videbantur. Addidere alacrita-  
tem Vespasiani litteræ, tamquam manente bello scriptæ. ea, primâ specie, forma. Cete-  
rùm ut Princeps loquebatur, ciuilia de se, & Republicâ egregia. nec senatus obsequium  
deerat. Ipsi consulatus cum Tito filio, prætura Domitiano & 4 consulare imperium C  
decernuntur. Miserat & Mucianus epistolas ad senatum, quæ materiam sermonibus  
præbuere. *Si priuatus esset, cur publicè loqueretur? potuisse eadem paucos post dies, loco senten-  
tiæ dici. ipsa quoque insectatio in Vitellianos, sera, & sine libertate. id verò erga Rempublicam  
superbum, erga Principem contumeliosum, quod in manu sua fuisse imperium, donatumque  
Vespasiano iactabat. Ceterùm inuidia, in occulto; adulatio in aperto, erant. Multo cum  
honore verborum, Muciano triumphalia de bello ciuili data. Sed 6 in Sarmatas expedi-  
tio fingebatur. Adduntur Primo Antonio consularia, Cornelio Fusco & Arrio Varo  
prætoria insignia. Mox deos respexere. restitui placuit Capitolium. Faque omnia Va-  
lerius Asiaticus, consul designatus censuit. 7 Ceteri, vultu manuque; pauci quibus  
conspicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum, compositis orationibus assen-  
tieban-*

## NOTÆ.

1. **PRO CERVM HABITV, ET IUVVENTA.]** *Duas notas Germani militis habebant, proceritatem corporis, itemq; iuuentam. Nam Germani plerumque proceri; & milites, à flore & robore cui colligebantur.*
2. **FORTVNA CAPTÆ VRBIS.]** *Non displicet Vertranij diuinitio, forma captæ urbis.*
3. **ARICIAM EQVITES.]** *Liber vnus, Arriani equites. quid? an Arrij Vari turmas intellegit? Non opinor. & magis est ut vera sit vulgata.*
4. **CONSVLARE IMPERIVM.]** *Intellegit potestatem Consularem, ut Suetonius loquitur, Domitiani cap. 1. Cæsar consalutatus, honorem Præ-*

5. **SERA, ET SINE LIBERTATE.]** *Sera, quia iam afflictis aut nulli erant: non libera, quia sine periculo mortuis vel inualidis insultabatur.*
6. **IN SARMATAS EXPEDITIO.]** *Qua fuerit non dixit: neque debuit. nam apparet exiguum aliquid fuisse. Atque hoc factum opinari licet ipso ciuili isto bello, cum Mucianus lento itinere in Thraciam & Masiam venit.*
7. **CETERI, VVLTV MANVQVE.]** *Ratio assentiendi in Senatu, Voce aut Signo. Signo dupliciter, Pedibus aut Manu. Pedum in discessione vsus, Manus etiam in sessione aut statione, cum eâ exporrectâ significarent talem sententiam se approbare. Vopiscus in Aure-*

A tiebantur. Vbi ad Heluidium Priscum prætorem designatum ventum, <sup>8</sup> promisit sententiam, \* vt honorificam in bonum Principem. Falsa aberant, & studiis senatus \* attollebantur. Itaque præcipuus illi dies, magnæ offensæ initium, & magnæ gloriæ fuit.

Heluidius Priscus. \* attollebatur.

Cap. 5.

Viri magni genus, & ingenium.

Stoicos amantur.

Cap. 6.

Et famam.

Actio eius in Marcellum.

Res poscere videtur, quia iterum in mentionem incidimus viri sæpius memorandi, vt vitam studiaque eius, & quali fortunâ sit vsus, paucis repetam. Heluidius Priscus, regione <sup>9</sup> Italiæ septimâ, Tarracinæ municipio, Cluio patre, qui ordinem primipili duxisset, ingenium illustre altioribus studiis iuuenis admodum dedit: <sup>10</sup> non vt plerique, vt nomine magnifico segne otium velaret, sed quò firmior aduersus fortuita, Rempub. capesseret. doctores sapientiæ secutus est, qui sola bona quæ honesta, mala tantum quæ turpia; potentiam, nobilitatem, ceteraque extra animum, neque bonis neque malis annumerant. <sup>11</sup> Quæstorius adhuc, à Pæto Thraseâ gener dilectus, è moribus fœceri nihil æquè ac libertatem hausit. <sup>12</sup> ciuis, senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemtor, recti pernicax, constans aduersus metus. Erant quibus appetentior famæ videretur: <sup>13</sup> quando etiam sapientibus, cupido gloriæ, nouissima exiit. Ruinâ fœceri, in exilium pulsus, vt <sup>14</sup> Galbæ principatu rediit, Marcellum Eprium delatorem Thraseæ accusare aggreditur. Ea vltio, incertum maior an iustior, senatum in studia diduxerat. Nam si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur. Primò minax certamen, & egregiis orationibus vtriusque <sup>15</sup> testatum. Mox dubiâ voluntate

Aureliano. Deinde aliis MANVS PORRIGENTIBVS, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisque verbo consentientibus conditum est Senatusconsultum. Seneca epistolâ VIII. Non video tibi plus prodesse, quàm si in Senatu candidato vocem & MANVM commodarem? Isidorus hanc notam ad exercitum quoque transfert, libro 1. Mos est militaris, vt quoties consentiat exercitus, quia voce non potest, MANV promittat.

C 8. PROMISIT SENTENTIAM.] Aut mihi mens, aut huic loco aliquid desit. Quid enim hic in quo Heluidius offenderit? Sed nec ista ipsa sententiola integra: scripseritque Tacitus, vt honorificam in bonum principem, ita adulationis expertem. Certè membrum tale aliquod requiro. Rodolphus enim non explet, qui legit: vt honorif. in bon. Principem, ita falsa aberant. qui sententiam sequentem debilitat & eneruat.

D 9. ITALIÆ SEPTIMA, TARRACINÆ MUNICIPIO.] Locus nec bonus nec firmus, de firmissimo viro. Nam libris abest vox, septimâ: quam nos tamen inseruimus, sententiæ vicumque fulciendæ, admonitionibus Vertranij & Ferreti. Scimus enim Italiam totam in XI. regiones diuisam ab Augusto. itaque cum regionis hic mentio; εὐλογον, aiunt, numerum eius à Cornelio expressum. Sed iure ambigo. primum quia non Tacito, non aliis historicis usurpatum, vt in opidi mentione regionem Italiæ adiungant. Et vt id in loco ignotiore fiat; quid opus in Tarracinâ, municipio iam vicino vrbi, tam noto? Denique libri etiam in illo ipso verbo vacillant. Nam Vaticano est, Tarentium municipio: Farnes. Tarentinæ: priscis editionibus, Tarentino. Mirum verò, si libri omnes in opido toties iam antè sine errore vllò nominato, hic demum offendant. At pro, regione Italiæ, subit opinari, origine Italicâ. Non exterum scilicet fuisse, vt tunc in Senatu plurimi, non solùm multi.

10. NON VT PLERIQUE.] Disce iuuentus, & vide verum finem quem Sapientiæ studiis proponas.

11. QUÆSTORIVS ADHVC.] Quæstor autem fuit sub Nerone, & Achaiam administravit: quod

Scholiastes in Sat. v. Iuuenalis prædidit. At Prætor demum sub Vespasiano, disertè ita scribente Suetonio, cap. xv. Nominatur tamen Tacito Heluidius Priscus legatus legionis, anno vrbis DCCCv. lib. XII. quem, ex more eius æui, prætorium legatum fuisse probabile est: quis ergo iste? non noster, quia tunc sub Claudio nec Quæstor. An pater eius? non, quia Tacitus hic Cluuium illi patrem dat dumtaxat Primipilarem. Suspicio auunculum fuisse, & ab eo in nomen & familiam adoptatum. Nam vnde alioqui Heluidius è Cluio patre? Notandum hoc sanè est ad viri magni notitiam. Item illud, quod aliam etiam uxorem antè habuerit, & ex eâ Heluidium iuniorem, quem Domitianus interfecit: Plinio & Tacito laudatum item, & patre dignum virum. Vide quæ noto in fine Agricole.

12. CIVIS, SENATOR.] Magnæ laudes: & quæ iure nos rapiant in admirationem viri. Cui Tacitum ipsum per familiarem fuisse, mihi liquet. Non minora de eo elogia sparsim reperias in Dissertationibus Epicteti apud Arrianum: & Plinius etiam in Epistolis celebrat, plus vno loco. At tam illustre sidus (heu, quid speremus?) in tenebris penè iacebat, absque vnâ hac Taciti face.

13. QUANDO ETIAM SAPIENTIBVS.] Verisimè: nec mutandum. Omnes adfectus facilius à Sapiente exuuntur, quàm hæc cupido: & in magnis viris — tu sola animum mentemque peruris Gloria.

Plato ad hanc mentem aptissimè: Τὴν κενὸς οὐσίαν, ὡς τερλοταῖον χιτῶνα, ἢ ψυχὴν ἀποτίθειαι. Cupidinem gloriæ, velut vltimam tunicam, anima solet deponere. Et noster in Agricola: Fama, cui sæpè etiam boni indulgent.

14. GALBÆ PRINCIPATV REDIIIT.] Vnde? Apolloniâ. Illic enim in exilio egit: quod nos docet Scholiastes in Sat. Iuuenalis v. Eluidius Priscus, post damnationem fœceri Pæti Thraseæ, interdictâ sibi Italiâ, Apolloniam concessit.

15. TESTATVM.] Nostri libri. Visum Rhenano certatum.

Cum eodem  
dissentio (u-  
per legatis.

Cap. 7.  
Inuenitur in  
hominem.

\* Effect

Cap. 8.  
Marcellus  
cordatè re-  
spondet.

\* vertret.

Legati sorte  
liti.

Cap. 9.  
De pecuniâ  
publicâ dis-  
sentio.

Et quadam  
ab Heluidio,  
non pro ser-  
uili statu.

Cap. 10.

luntate Galbæ, multis senatorum deprecantibus, omisit Priscus: variis, ut sunt hominum ingenia, sermonibus, moderationem laudantium, aut constantiam requirentium. Ceterum eo senatus die, quo de imperio Vespasiani censebant, placuerat mitti ad Principem legatos. Hinc inter Heluidium, & Eprum, acre iurgium. Priscus eligi nominatum à magistratibus iuratis, Marcellus vnam postulabat, quæ consulis designati sententia fuerat. Sed Marcelli studium proprius rubor excitabat, ne aliis electis posthabitus crederetur. Paullatimque, per altercationem ad continuas & infestas orationes prouecti sunt. quærente Heluidio, *Quid ita Marcellus iudicium magistratum paueret? esse illi pecuniam, & eloquentiam, quibus multos anteiret, ni memoria flagitiorum urgeret. Sorte & vna, mores non discerni: suffragia & existimationem senatus reperta, ut in cuiusque vitam famamque penetrarent. pertinere ad utilitatem Reip. pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi quos innocentissimos senatus habeat, qui honestis sermonibus aures Imperatoris imbuant. Fuisse Vespasiano amicitiam cum Thraseâ, Sorano, <sup>16</sup> Senecione: quorum accusatores, etiam si puniri non oporteat, ostentari non debere. hoc senatus iudicio, velut admoneri Principem, quos probet, quos reformidet, nullum maius boni imperij instrumentum, quam bonos amicos. <sup>17</sup> Esse satis Marcellulo, quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit. Frueretur præmiis & impunitate, Vespasianum melioribus relinqueret. Marcellus, non suam sententiam impugnari, sed consulem designatum censuisse dicebat, <sup>17</sup> secundum vetera exempla, quæ sortem legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimicitias locus foret. Nihil euenisse cur antiquitus instituta exolescerent, aut Principis honor in cuiusquam contumeliam verteretur. sufficere omnes obsequio, id magis vitandum, ne peruicaciâ quorundam irritaretur animus nouo principatu suspensus, & vultus quoque ac sermones omnium circumspiciens. Se meminisse temporum, quibus natus sit, quam ciuitatis formam patres auique instituerint: vltiora mirari, presentia sequi, bonos imperatores voto expetere, qualescumque tolerare. Non magis suâ oratione Thraseam, quam iudicio senatus afflictum. Sauiam Neronis, <sup>18</sup> per huiusmodi imagines illuisse. nec minus sibi anxiam talem amicitiam, quam alius exsilium. Denique constantiâ, fortitudine, Catombus & Brutis æquaretur Heluidius: se vnum esse ex illo senatu, qui simul seruerit. suadere etiam Prisco, ne supra Principem scanderet, ne Vespasianum senem triumphalem, iuuenum liberorum patrem præceptis coerceret. Quo modo pessimis imperatoribus sine fine dominationem, ita quamuis egregiis modum libertatis placere. Hæc magnis vtriusque contentionebus iactata, diuersis studiis accipiebantur. Vicit pars quæ sortiri legatos malebat, etiam mediis patrum annitentibus retinere morem. Et splendidissimus quisque eodem inclinabat, metu inuidiæ si ipsi eligerentur. Secutum aliud certamen. Prætores ærarij (nam tum à prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem questi, modum impensis postulauerant. Eam curam consul designatus, ob magnitudinem oneris, & remedij difficultatem, Principi reseruabit. Heluidius, arbitrio senatus agendum censuit. Cùm perrogarent sententias consules, Valsatius Tertullinus tribunus plebis intercessit, ne quid super tantâ re, Principe absente, statueretur. Censuerat Heluidius, ut Capitolium publicè restitueretur, adiuuaret Vespasianus. Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde obliuio transmisit: <sup>19</sup> fuere, qui & meminissent. Tum inuectus est Musonius Rufus in Publium*

16. SENEZIONE.] Malè. fateor fuisse Herennium Senecionem insignem virum, sed quem Domitianus occiderit, non Nero. Sequor igitur libros scriptos, qui hic, Sentio: etsi virum ignoro.

17. SECUNDUM VETERA EXEMPLA.] Hoc virum doctum valde anxium habuit: qui negabat de more eo se legisse. Ego ita accipio. non quasi semper legati sorte olim missi, sed sæpè. & in eam rem exempla hæc reperio. Cicero ad Atticum lib. I. epist. XVII. Senatus decreuit, ut legati cum auctoritate mitterentur. Addit post pauca: Hoc non queo præterire, cum de consularibus mea prima fors exisset, vna voce Senatus frequens retinendum me in vrbe censuit. E quibus sortitionem illuc fuisse, clarè vi-

des. Dio libro LIX. Πρόβεις τε ἐπ' αὐτοῖς ἄλλοις κλήρω, καὶ τὸν Κλαύδιον ἀρετὸν ἐπέμψαν. Legatos his de rebus, alios quidem sorte, Claudium verò suffragiis electum miserunt. Plura exempla auidè quæsiui: sed, ut verum fatear, clamaui Hylam.

18. PER HUIUSMODI IMAGINES ILLUISSE.] Bene ita libri. Hoc enim dicit Eprius: Non se magis auctorem interficiendi claros viros Neroni fuisse, quam senatum vniuersum qui eos damnauerit. Sed Neronem videlicet hoc quasi velum prætendisse sceleribus, ut quæ spontè iussurus erat, ea per accusatores & Senatum exerceret. atque ita imagine quadam Iustitiæ hominibus verè illuderet. Vulgo est, illuxisse.

19. FVERE, QUI ET MEMINISSENT.] Qui & apud

**A** lium Celerem, à quo Baream Soranum falso testimonio circumuentum arguebat. Eâ cognitione renouari odia accusationum videbantur. sed vilis & nocens reus, protegi non poterat. Quippe Sorani sancta memoria. Celer professus sapientiam, dein testis in Baream, 20 proditor corruptorque amicitiae, cuius se magistrum ferebat. Proximus dies, causae destinatur. Nec tam Musonius aut Publius, quam Priscus & Marcellus, ceterique 21 motis ad ultionem animis, exspectabantur. Tali rerum statu, cum discordia 22 inter patres, ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non Princeps in ciuitate essent; Mucianus in urbem ingressus cuncta simul in se traxit. fracta Primi Antonij Varique potentia, malè dissimulatâ in eos Muciani iracundiâ, quamuis vultu tegeretur. Sed ciuitas rimandis offensis sagax, verterat se, transtuleratque. Ille 23 vnus ambiri, coli. nec deerat ipse, stipatus armatis, domos, hortosque permutans, apparatu, incessu, excubijs, vim Principis amplecti, nomen remittere. Plurimum terroris intulit caedes Calpurnij Galeriani. Is fuit filius C. Pisonis, nihil ausus. sed nomen insigne, & decora ipsi iuuenta, rumore vulgi celebrabantur. Erantque in ciuitate adhuc turbidâ, & nouis sermonibus latâ, qui principatus inanem ei famam circumdarent. Iussu Muciani, custodiâ militari cinctus, ne in ipsâ vrbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab vrbe lapidem, viâ Appiâ, fuso per venas sanguine exstinguitur. Iulius Priscus, praetorium sub Vitellio cohortium praefectus, se ipsum interfecit, pudore magis quam necessitate. Alphenus Varus, ignauiae infamiaeque suae superfuit. Asiaticus (enim is libertus) malam potentiam, feruili supplicio, expiauit. Iisdem diebus crebrescentem cladis Germanicae famam, nequaquam maesta ciuitas excipiebat. caesos exercitus, capta legionum [\* castra] hiberna, descuuisse Gallias, non vt mala loquebantur. Id bellum quibus causis ortum, quanto externarum sociarumque gentium motu flagrauerit, altius expediam. Bataui, donec trans Rhenum agebant pars Cattorum, seditione domesticâ pulsî, extrema Gallicae orae vacua cultoribus, simulque 24 insulam inter vada sitam occupauere, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit: nec opibus Romanis, 25 societate validiorum, attriti, viros tantum armaque imperio ministrant, diu

Musonius Celerem accusat.

Cap. 11.

Mucianus in urbem venit.

Ad quem omnes se inclinant.

Calpurnius Piso caesus.

Asiaticus cruci affixus. Cap. 12.

\* Absit à manu. Initium belli Germanici. Batauorum regio.

Et in armis gloria.

**C** apud Vespasianum nempe deferrent. quare? quia hac sententia dignitatem Principis minuebat, Senatus populique augebat. à quo restitui Capitolium, dumtaxat adiuuante Vespasiano, volebat.

20. PRODITOR CORRUPTORQUE AMICITIAE, CUIVS SE MAGISTRVM FEREBAT. ] Non damno. reuera enim philosophus magister amicitiae, vti & aliarum virtutum est. Nec tamen vetus coniectura mea mihi euiluit, corruptorque amici, & cuius se magistrum ferebat. Vix enim est vt Tacitus omiserit, quod valde ad rem & ad culpam facit, fuisse hunc Celerem Bareae praeceptorem. Iuuenalis docet: Stoicus occidit Baream delator amicum, Discipulumque senex.

Interpres Iuuenalis hanc quoque rem affirmat, in versum — magni delator amici.

**D** Alij dicunt Philosophum Egnatium Celerem, Bareae Sorani magistrum, qui ipsum apud Neronem detulit, & damnauit: & ipse postea sub Vespasiano, hoc ipsum Musonio Rufo accusante, damnatus est.

21. MOTIS AD VLTIONEM ANIMIS. ] Corruptissimus antea locus, quem restitui ab ingenio: cum libris esset, motis adulationibus animis: aut, vt Vatic. notis adulationi. Sententia est: Non tam minuti illi & plebei delatores expectabantur, aut expetebantur; quam, erectis semel cupidine vlciscendi animis, illi Senatorij & illustres Priscus & Marcellus.

22. INTER PATRES. ] Ita Mercerus, & recte:

non, partes. Senatum nempe intellegit discordem, vt ante ostendit.

23. VNVS AMBIRI, COLI. ] De hac flagranti ambitione Muciani, locus incerti scriptoris apud Suidam, in voce Α γήλειον. ait: Οτι Μυριαδος ο Ρωμαϊος πιαδης υφ' απαντων υπερ παντας ηθελε, η ηχρητο ει η οσις εν εχ οτι υβρισεεν αυτον, αλλ' οτι μη ε μεγαλωσ αγαλειον. Mucianus Romanus honore ab omnibus affici, & super omnes volebat: & aegrescebat, si quisquam non dicam contumeliâ eum affecisset, sed nisi summò cultu profecutus esset.

24. INSVLAM INTER VADA. ] Valdè turbant libri. Quidam, insulam vocatam sitam: alij, insulam Vacasitam: Budensis, insulam iuuata sitam. Et certe inter vada aut vadosa loca: proprie sita non est hac nobilis insula. quippe inter Rhenum Mosamque, alta & profunda planè flumina. sed vadorum scilicet voce paullo laxius & latius Tacitus vsus, pro aquis. Quomodo Catullus pro mari,

— vada falsa citâ decurrere puppi: Virgilius, Ouidius, alijque. Etsi reuera vada & breuia multa olim (vt opinor) in illis fluminibus: cum aggeres nondum & certae ripe coercent. ideoque late diffundebantur. An alicui placeat, insulam Vahali assitam?

25. SOCIETATE VALIDIORVM ATTRITI. ] Sententia est. quamquam Romanis socij & foederati Bataui, qua societas apud potentiores plerumque in seruitutem transit: tamen non ita eis factum. libertatem tenuere, nec tributa ijs imposita aut seruitij alie

Cap. 13.  
Julius Paul-  
lus.  
Claudius  
Civili:

Huius soler-  
tia.

Cap. 14.

Dilectus Ba-  
taurorum.

\* Var. Im-  
pubes;  
Occasio ra-  
bellandi.  
Civilis ora-  
tione eos in-  
citat.

Cap. 15.

Et impellit  
ad arma.  
Caninefates  
quoque.

Brinio dux.  
\* Alij libri,  
Brinno, alij,  
Brenno,

diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc co-  
hortibus, quas vetere instituto, nobilissimi popularium regebant. Erat & domi dilectus  
eques, præcipuo nandi studio, <sup>26</sup> arma equosque retinens, integris turmis, Rhenum  
perrumpere. Julius Paullus, & Claudius Civilis, regiâ stirpe, multò ceteros anteibant.  
Paullum Fonteius Capito, falso rebellionis crimine interfecit. Iniectæ Civili catenæ,  
missusque ad Neronem, & à Galbâ absolutus, sub Vitellio rursus discrimen adiit, flagi-  
tante supplicium eius exercitu. Inde causæ irarum, spesque ex malis nostris. Sed Civilis,  
ultrâ quàm barbaris solitum, ingenio solers, & Sertorium se aut Hannibalem ferens, si-  
mili oris dehonestamento; ne vt hosti obuiam iretur, si à populo Romano palàm de-  
sciuisset. Vespasiani amicitiam, studiumque partium præterdit. missis sanè ad eum Primi  
Antonij litteris, quibus auertere accita à Vitellio auxilia, & tumultus Germanici specie,  
retentare legiones iubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus præfens monuerat, inclinato  
in Vespasianum animo, & Reip. curâ, cui excidium aduentabat, si redintegratum bel-  
lum, & tot armorum millia Italiam irrupissent. Igitur Civilis <sup>27</sup> dissidij certus, occul-  
tato interim altiore consilio, cetera ex euentu iudicaturus, nouare res hoc modo cœpit. B  
Iussu Vitellij, Bataurorum iuuentus ad <sup>28</sup> dilectum vocabatur: quem suapte naturâ gra-  
uem, onerabant ministri auaritiâ ac luxu, senes aut inualidos conquirendo, quos pretio  
dimitterent. rursus \* impuberes, sed formâ conspicui (& est plerisque procera pueritia)  
ad stuprum trahebantur. Hinc inuidia, & compositi seditionis auctores perpulere vt  
dilectum abnuerent. Civilis primores gentis, & promptissimos vulgi, specie epularum,  
sacrum in nemus vocatos, vbi nocte ac lætitiâ incaluisse videt, à laude gloriaque gentis  
orsus, iniurias & raptus, & cetera seruitij mala enumerat. Neque enim societatem vt olim,  
sed tamquam mancipia haberi. <sup>29</sup> Quando legatum, graui quidem comitatu, & superbo cum im-  
perio, venire? tradi se præfectis centurionibusque. quos vbi spolijs & sanguine expleuerint, mu-  
tari, exquirique novos sinus, & varia prædandi vocabula. Instare dilectum, quo liberi à parenti-  
bus, fratres à fratribus, velut supremum diuidantur. Numquam magis afflictam rem Romanam,  
nec aliud in hibernis quàm prædam & senes. attollerent tantum oculos, & inania legionum nomi-  
na ne pauescerent. esse sibi robur peditum equitumque, consanguineos Germanos; Gallias idem C  
cupientes: ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguam fortunam Vespasiano impu-  
taturos: victoria rationem non reddi. Magno cum assensu auditis, barbato ritu, & patrijs  
exsecrationibus, vniuersos adigit. Missi ad Caninefates, qui consilia sociarent. Ea gens  
partem insulæ colit, origine, linguâ, virtute, par Batauis: numero superantur. Mox occul-  
tis nuntijs, pellexit Britannica auxilia, Bataurorum cohortes, missas in Germaniam, vt  
suprà rettulimus, ac tum Magontiaci agentes. Erat in Caninefatibus, stolidæ audaciæ  
\* Brinio, claritate natalium insigni. pater eius multa hostilia ausus, Caiarum expedi-  
tionum ludibrium impunè spreuerat. Igitur ipso rebellis familiæ <sup>30</sup> nomine placuit,  
<sup>31</sup> impositusque scuto, more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux diligitur.  
Sta-

notæ. Vaticanus liber, societateve aliorum adstricti.  
quod minus placet.

26. ARMA EQVOSQVE RETINENS.] Romanus  
codex, arma quoque retinens. quod haut spreuerim.  
vti non tam ipsi tranatasse, quàm equis tramisise  
intellegantur. Certè ambiguum mihi, Bataurumne  
hec ars & opera fuerit, ita vt ipsi nantes, equos armâ-  
que tenuerint: an potius equi ipsi docti sic & facti.  
Et Tacito aut præcis scriptoribus litem hanc haud fa-  
cile decidas. Noster in Agricola, viris ipsis tribuere  
iterum videtur: (de Batauis enim illa capio:) lectissi-  
mos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius  
nandi vsus, quo simul seque & arma & equos re-  
gunt, repente immisit. Xiphilinus in Hadriano, am-  
bigue: Το ἰππικὸν τῶν καλεσθῶν Βαταίων μετὰ τῶν  
ὄπλων διενήξατο. Hadrianus de Sorano Batauo:

Hadriano potui qui iudice, vasta profundi  
Æquora Danubij cunctis tranare lub armis.

27. DISSIDII CERTVS.] Libri veteres,  
desciscendi certus. Vtrum maius rectum.

28. DILECTVM SVAPTE NATVRA  
GRAVEM.] Quippe in longam & longinquam mi-  
litiâ. Velleius in laudibus Tiberij: Quantâ cum  
quiete hominum, rem perpetui præcipuique ti-  
moris, supplementum, sine trepidatione dilectus,  
prouidet?

29. QVANDO LEGATVM.] Notâ interrogandi  
hec scripserim. atque interpreter: En, vsque eò viles  
Romanis sumus, vt non legati aut prætores saltem nos  
diripiant: id est, honestiorum manibus pereamus: sed  
latrunculi aliquot minuti, præfecti & centuriones.

30. NOMINE PLACVIT.] Sive etiam, omi-  
ne. At Brinionem ipsum, Brunonem, scribi verius  
fortasse sit.

31. IMPOSITVSQVE SCVTO, MORE GENTIS.]  
Mors igitur ille ignotus Romanis, eo quidem aeo. Nam  
postea

A Statimque accitis Frisij (transrhenana gens est) duarum cohortium hiberna, <sup>32</sup> proximo occupato Oceano, irrupit. Nec praeviderant impetum hostium milites: nec si praevidissent, satis virium ad arcendum erat. Capta igitur & direpta castra, dein vagos & pacis modo effusos lixas, negotiatoresque Romanos, inuadunt. Simul excidijs castellorum imminebant: quae a praefectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaque, & quod militum, in superiorem insulae partem congregantur, duce Aquilio primipilari, nomen magis exercitus, quam robur. Quippe <sup>33</sup> viribus cohortium abductis, Vitellius e proximis Neruiorum Germanorumque pagis segnem numerum armis onerauerat. Ciuilis dolo grassandum ratus, inculcauit vltro praefectos, quod castella deseruissent: se cum cohorte cui praerat, Caninefatum tumultum compressurum. illi sua quisque hiberna repeterent. Subesse fraudem consilio, & dispersas cohortes facilius opprimi, nec Brinionem ducem eius belli, sed Ciuilem esse patuit: erumpentibus paulatim indicijs, quae Germani lata bello gens, non diu occultauerant. Vbi insidiae parum

Hiberna Romana capis.

Cap. 16. Dolus Ciuilis.

Et mox apertae vis.

Prælium cum Romanis.

Qui produntur, & vincuntur.

Cap. 17. Germaniam Ciuis sibi iungit: Conatus & Gallias.

Composita oratione.

B celsere, ad vim transgressus, Caninefates, Frisios, Batauos proprijs cuneis componit. directa ex diuerso acies, haut procul a flumine Rheno, & obuersis in hostem nauibus, quas incensis castellis illuc appulerant. nec diu certato, Tungrorum cohors signa ad Ciuilem transtulit: perculsi que milites improuisa prodicione, a socijs hostibusque caedebantur. Eadem etiam nauibus perfidia. Pars remigum e Batauis, tamquam imperitiâ, officia nautarum propugnatorumque impediabant. mox contra tendere, & puppes hostili ripae obijcere. ad postremum gubernatores centurionesque, nisi eadem volentis, trucidant. donec vniuersa quattuor & viginti nauium classis, transfugeret, aut caperetur.

C Clara ea victoria in praesens, in posterum vsui: armaque & naues, quibus indigebant, adepti, magna per Germanias Galliasque fama, libertatis auctores celebrabantur. Germania statim misere legatos, auxilia offerentes. Galliarum societatem, Ciuilis arte donisque affectabat, captos cohortium praefectos suas in ciuitates remittendo: cohortibus abire an manere mallent datâ potestate. manentibus, honorata militia; digredientibus, spolia Romanorum offerebantur. Simul, secretis sermonibus, admonebat malorum, quae tot annis perpeffi, Miseram seruitutem falso pacem vocarent. Batauos, quamquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse. primâ acie, fusum victumque Romanum: quid si Galliae iugum exuant? quantum in Italia reliquum? prouinciarum sanguine, prouincias vinci. ne Vindicis aciem cogitarent: Batauo equite, protritros Aeduos Aruernosque. fuisse inter Verginij auxilia, Belgas. Vereque reputantibus, Galliam suismet viribus concidisse. Nunc eadem omnium partes, addito si quid militaris disciplinae in castris Romanorum viguerit. esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Seruirent Syria Asiaque, & suctus regibus Oriens: <sup>34</sup> multos adhuc in Gallia viuere, ante tributa genitos. Nuper certe,

caso

postea irrepit, sed non nisi cum Barbaris. Galli, Gothi, Franci hunc in cooptando Principe ritum habuerunt: & notauit, atque exemplis firmavit, P. Pythaeus. Illum vide libro II. Subseciuor. cap. VI.

D Sed addo, etiam Graecis leuationem hanc in scutum usurpatam, inter sollemnia Principatus. Zonaras de Hypatio, qui seditiosè contra Iustinianum electus, καὶ ἐπὶ ἀσπίδος αὐτὸν μεταρσίον ἀεγαντες, ἀναγορεύσει βασιλέα: & in scutum sublime eum tollentes, salutant regem. Nicephorus Gregoras lib. III. de Theodoro Duca filio: Ἀνγορεύεται δ' ὕστερον βασιλεὺς παρ' ἐκόντων τῶν ὑπηρετῶν ἀπάντων, κατεδείξεν ἐπ' ἀσπίδος, καὶ τὸ ἐν ταῖς ὑπηρετικῶν ἔθος: Dicitur autem postea Imperator est a volentibus subditis, sedens in clypeo iuxta morem in hac re receptum. Cuiuspalates de officijs Aula: Ο' νεός βασιλεὺς ἐπὶ σκαταρίῳ κατεδείξεν ἐπ' ἀσπίδος: ἐκ ὧν: Nouus Imperator scuto impositus tollitur in altum. In Excerptis Georgij Pachymerij libro II. Imperatorio clypeo insidet is, qui Imperio desti-

natur. Adde, si lubet, Zosimum lib. III. in electione Iuliani.

32. PROXIMO OCCUPATO OCEANO.] Legam, proxima occupatu, Oceano irrupit. hac mente: ut Brinio duarum cohortium castra quae finitima Caninefatibus, per Oceanum irruerit. Et accedit, quod in Flor. est, Proxima occupata.

33. VIRIBVS COHORTVM ABDUCTIS.] Bona & fida lectio e libris. Frustrâ Rhenanus e Budensi aduulato codice turbat, miscet. Vitellius quidem non cohortes ipsas aut legiones omnes e Germaniâ abduxit: sed illis manentibus nomine & specie, valentissimum quemque militem subtraxit. id est, vires cohortium abduxit, ut hic ait.

34. MULTOS ADHVC IN GALLIA.] Cautè vide legas. Si enim de primâ seruitute & stipendio quod Caesar imposuit, capis: capieris. quomodo enim vera hac adsertio, cum ab eo tempore ad hunc diem, anni sint inter ferè CXX? nec tam vitales, ut opinor, tunc nostri Galli. Sed ad Augustum eiusq. auum id referri



- caso *Quintilio Varo*, pulsam è Germaniâ seruitutem. Nec *Vitellium Principem*, sed *Casarem Augustum* bello prouocatum. Libertatem naturâ, etiam mutis animalibus, datam. Virtutem proprium hominis bonum. Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent vacui, occupatos; integri, fessos. dum alij *Vespasianum*, alij *Vitellium* foueant, patere locum aduersus utrumque. Sicut in Gallias Germaniasque intentus, si destinata prouenissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminabat. At *Flaccus Hordeonius*, primos Ciuilis conatus, per dissimulationem aluit. Vbi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum *Batauorum* insulâ Romanum nomen, trepidi nuntij afferbant: *Mumium Lupercum* legatum (is duarum legionum hibernis præerat) egredi aduersus hostem iubet. *Lupercus* legionarios è præsentibus, *Vbios* è proximis, *Treuerorum* equites, haut longè agentes, raptim transmissit: additâ *Batauorum* alâ, quæ iam pridem corrupta, fidem simulabat, vt proditis in ipsâ acie Romanis, maiore pretio fugeret. Ciuilis captarum cohortium signis circumdatus, vt suo militi recens gloria ante oculos, & hostes memoriâ cladis terrentur, matrem suam sororesque, simul omnium coniuges paruosque liberos, consistere à tergo iubet: hortamenta victoriæ, vel pulsus pudorem. Vt virorum cantu, feminarum ululatu, sonuit *B* acies: <sup>35</sup> nequaquam par à legionibus, cohortibusque redditur clamor. Nudauerat sinistrum cornu *Batauorum* ala transfugiens, statimque in nos versa. sed legionarius miles, quamquam rebus trepidis, arma ordinisque retinebat. *Vbiorum* *Treuerorum*que auxilia, scedâ fugâ dispersa, totis campis palantur. Illuc incubuere Germani. Et fuit interim effugium legionibus, in castra, quibus *Veterum* nomen est. Præfectus alæ *Batauorum*, *Claudius Labeo*, opidano certamine æmulus *Ciuili*, ne interfectus inuidiam apud populares, vel si retineretur, semina discordiæ præberet, in *Frisios* auchitur. Iisdem diebus *Batauorum* & *Caninefatium* cohortes, cum iussu *Vitellij* in Urbem pergerent, missus à *Ciuile* nuntius assequitur. Intumuere statim superbiâ ferociaque, & pretium itineris, donatiuum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sanè à *Vitellio*, postulabant; non vt assequerentur, sed causam seditioni. Et *Flaccus* multa concedendo, nihil aliud effecerat, quàm vt acrius exposcerent, quæ sciebant negaturum. Spreto *Flacco*, inferiorem Germaniam petiuere, vt *Ciuili* iungerentur. *Hordeonius*, adhibitis *C* tribunis centurionibusque, consultauit, num obsequium abnuentes vi coërceret. Mox insitâ ignauia, & trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus, & subito dilectu suppletæ legiones angebant, statuit continere intra castra militem. Dein penitentiâ, & arguentibus ipsis qui suaserant, tamquam secuturus, scripsit *Herennio Gallo*, legionis primæ legato, qui *Bonnam* obtinebat, vt arceret transitu *Batauos*: se cum exercitu, tergis eorum hæsurum. Et opprimi poterant, si hinc *Hordeonius*, inde *Gallus*, motis vtriusque copijs, medios clausissent. *Flaccus* omisit inceptum, alijsque litteris *Gallum* monuit, ne teneret abeuntes. Vnde suspicio, sponte legatorum excitari bellum: quin cuncta quæ acciderant, aut metuebantur, non inertiâ militis, neque hostium vi, sed <sup>36</sup> fraude ducum euenire. *Bataui*, cum castris *Bonnensibus* propinquarent, præmisere qui *Herennio Gallo* mandata cohortium exponerent. Nullum sibi bellum aduersus Romanos, pro quibus toties bellassent. Longâ atque irritâ militiâ fessis, patriæ atque otij cupidinem esse. Si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin arma occurrant, ferro viam inuenturos. Contantem *D* legatum milites perpulerant, fortunam prælij experiretur. Tria millia legionariorum, & tumultuariæ *Belgarum* cohortes, simul paganorum lixarumque ignaua, sed procax ante periculum manus, omnibus portis erumpunt, vt *Batauos* numero impares circumfundant. <sup>37</sup> Illi veteres militiæ, in cuneos congregantur, densi vndique, & frontem tergaque
- referrî verius erit: qui censum tributumque instituit, quod penderent Galli. idq; in consulatu suo septimo. Ad quam rationem nihil absurdi aut vani in hac oratione Ciuilis.
35. NEQUAquam PAR.] Quod valde Romani obseruabant, & velut omen habebant euentus. *Appianus* in *Parthicis*: *Crassus* iussit eos clamorem tollere. in quo maximè militum mæstitia deprehen-
- sa est, exilem & dissonum clamorem edentium. Contrâ, à Barbaris clarus & fortis est redditus.
36. FRAUDE DUCVM EVENIRE.] Vocem sustuli, metuebantur, auctore Vaticano. qua perperam hic inserta, & de priore lineâ repetita.
37. ILLI VETERES MILITIÆ.] Ipsa est *Taciti* phrasis, & egregia restitutio *Florentino* codici debetur, atque industria *Pichena*.
38. LON-

Cap. 18.

Hordeonius  
segniter se  
obuiam.Lupercus in  
eum missus.Ciuilis ani-  
mosè occur-  
sit.Et insigniter  
vincit.  
Romani in  
castra Vete-  
ra fugiunt.

Cap. 19.

Batauorum  
cohortes cor-  
rupta à Ci-  
uili.Ad eum ven-  
dunt.  
Hordeonius  
impedire  
vult, nec  
vult.

Cap. 20.

Bonnam ve-  
niunt.  
Innoxium  
transitum  
petunt.Sed resisti-  
tunt.Illi ferro  
viam inue-  
niunt.

A gaque ac latus tuti. Sic tenuem aciem nostrorum perfringunt. Cedentibus Belgis, pel-  
litur legio, & vallum portasque trepidi petebant. Ibi plurimum cladis. cumulatae cor-  
poribus fossae: nec caede tantum & vulneribus, sed ruinâ, & suis plerique telis interiêre.  
Victores, coloniâ Agrippinensium vitatâ, nihil cetero in itinere hostile ausi, Bonnense  
praelium excusabant: tamquam petitâ pace, postquam negabatur, sibi metipsi consuluis-  
sent. Ciuilis aduentu veteranarum cohortium, iusti iam exercitus ductor, sed consilij  
ambiguus, & vim Romanam reputans, cunctos qui aderant, in verba Vespasiani adi-  
git. Mittitque legatos ad duas legiones, quae priore acie pulsae in Vetera castra concesser-  
ant, ut idem sacramentum acciperent. Redditur responsum, neque proditoris, neque  
hostium se consilij uti. Esse sibi Vitellium Principem, pro quo fidem & arma usque  
ad supremum spiritum retenturos. proinde perfuga Batauus arbitrum rerum Romana-  
rum ne ageret, sed meritas sceleris poenas expectaret. Quae ubi relata Ciuili, incensus  
irâ, vniuersam Batauorum gentem in arma rapit. Iunguntur Bructeri Tenterique, &  
B excita nuntijs Germania, ad praedam famamque. Aduersus has belli concurrentis mi-  
nas, legati legionum, Mumius Lupercus, & Numisius Rufus, vallum murosque firma-  
bant. subuersa <sup>38</sup> longae pacis opera, haut procul castris in modum municipij extru-  
cta, ne hostibus vsui forent. <sup>39</sup> Sed parum prouisum, ut copiae in castra conueherentur;  
rapi permisere. Ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quae aduersus necessitates  
in longum suffecissent. Ciuilis medium agmen cum robore Batauorum obtinens,  
<sup>40</sup> utramque Rheni ripam, quod truculentior visu foret, Germanorum cateruis complet,  
assultante per campos equite. Simul naues in aduersum amnem agebantur. Hinc vete-  
ranarum cohortium signa, inde depromptae <sup>41</sup> siluis lucisque ferarum imagines, ut cuique  
genti inire praelium mos est, <sup>42</sup> iuxta belli ciuilis externique facie obstupescerant ob-  
fessos. & spem oppugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus si-  
tum, vix quinque millia armatorum tuebantur. Sed lixarum multitudo, turbata pace  
illuc congregata, & bello ministra aderat. Pars castrorum, in collem leniter assurgens,  
pars aequo adibatur. quippe illis hibernis, obsideri praemique Germanias Augustus cre-  
C diderat: neque unquam id malorum, ut oppugnatum vltro legiones nostras venirent.  
Inde non loco, neque munimentis labor additus. Vis & arma satis placebant. Bataui,  
Transrhenanique, quod discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens confi-  
stunt, eminus laceffentes. Post ubi pleraque telorum turribus pinnisque moenium irri-  
ta \* haerebant, & desuper faxis vulnerabantur; clamore atque impetu, inuasere vallum.  
Appositis plerique scalis, alij <sup>43</sup> per testudinem suorum, scandebant iam quidam; cum  
gladijs & armorum incussu praecipitati, sudibus & pilis obruuntur, praeferoce initio, &  
rebus secundis nimij. Sed \* tum praedae cupidine, aduersa quoque tolerabant. Machinas  
etiam, insolitum sibi, ausi. nec vlla ipsis solertia: perfugae captiuique docebant struere  
materias in modum pontis, mox subiectis rotis propellere: ut alij superstantes, tam-  
quam ex aggere praeliarentur: pars intus, occulti muros subruerent. Sed excussa bali-  
stis faxa, struere informe opus. & crates vineasque parantibus, adactae tormentis ar-  
dentes

Cap. 21.  
Ciuilis Vespasiano castris iurat.

Copias contrahit & auget.  
Cap. 22.

Ad Vetera venit.

Cap. 23.  
Eorum descriptio.

Oppugnantur.

\* Vat. pendebant, Frustra.

\* Far. tamen Machina admoventur.

Frustra.

D 38. LONGAE PACIS OPERA. ] Id est Procestria, & quae edificari ante castra solent, vsibus lixarum aut aduentorum. Me vide Milit. v. Dial. i.

39. SED PARVM PROVISVM, VT. ] Itane in littera vnus salebra viri docti haerant? Nam, ni, antea legebatur, non, ut, velut nos emendauimus. itaque consensu Vertranius & Rhenanus corrigunt, sed paruum prouisum, ni copiae. & prouisum interpretantur commeatum, annonam. Ludibria. Nostra sententia clara. Peccatum, inquit, in eo a ducibus, quod dum aedificia pro castris diruuntur, commeatum aliaq. toleranda obsidioni diripi permisere, potius quam ut in castra conueherent ad vsu.

40. VTRAMQUE RHENI RIPAM. ] Vox, utram-

que, Budensi abest. Et verò cur utramque ripam milite compleuerit, cum haec in altera gesta? Inducatur igitur id verbi, aut rescribatur, vtrunque. Id enim veri speciem habet, supra infraq. castra militem locatum, ad obsessorum terrorem.

41. SILVIS LVCISQVE. ] Sic libri nostri, non iugisque. Enimvero in sacris Germanorum lucis ferina ista signa. Tacitus de moribus gentis: Effigiesque & signa quaedam detracta lucis in praelium ferunt.

42. IUXTA BELLIV CIVILIS. ] Puto germanum esse. Romanus tamen codex, itemq. Flor. mixta belli ciuilis. non item male.

43. PER TESTVDINEM SVORVM. ] Explico in Poliorceticis, lib. i. Dial. v.

igitur ob-  
sidi placuit.

Cap. 24.  
Vocula ad id  
soluendum  
mittitur.

Miles in  
Hordeonium  
frenis.

Cap. 25.

Ille se pur-  
gat.

\* Puto, le-  
gantur.

Galli auxi-  
liantur fre-  
nu Romanis.

Vocula con-  
stans factu.

Quem omnes  
duces depo-  
scunt, & ca-  
piunt.

Cap. 25.  
Sed melius  
Romanis ad-  
uersa.

\* Vat. XVI.

Herennius  
accedit Vo-  
cula.

dentes hastæ. vltroque ipsi oppugnatores ignibus petebantur: donec desperatâ vi, verte-  
rent consilium ad moras, haut ignari paucorum dierum inesse alimenta, & multum im-  
bellis turbæ. Simul ex inopiâ proditio, & fluxa seruitiorum fides, ac fortuita belli spera-  
bantur. Flaccus interim, cognito castrorum obsidio, & missis per Gallias qui auxilia  
concirent, lectos legionibus Dillio Voculæ duodevicesimæ legionis legato tradit, vt  
quàm maximis per ripam itineribus celeraret. <sup>44</sup> Ipse pavidus torpere, inuisus militi-  
bus. neque enim ambigè frenebant, *Emissas à Magontiaco Batauorum cohortes, dissimu-  
lato Civili conatus, acciri in societatem Germanos. non Primi Antonij, neque Muciani ope Ve-  
spasianum magis adoleuisse.* <sup>45</sup> aperta odia, armaque palam depelli: fraudem & dolum, obscura,  
eoque inevitabilia Civilem stare contra, struere aciem; Hordeonium, è cubiculo & lectulo, iube-  
re quidquid hosti conducatur. Tot armatas fortissimorum virorum manus, vnius senis valetudine  
regi. Quin potius interfecto traditore, fortunam virtutemque suam malo omine exsoluerent.  
His inter se <sup>46</sup> vocibus insistentes, flammauere insuper allatæ à Vespasiano litteræ, quas  
Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitauit: vinctosque qui attulerant, ad  
Vitellium misit. Sic mitigatis animis, Bonnam, hiberna primæ legionis ventum. In-  
fensor illic miles, culpam cladis in Hordeonium vertebat: eius iussu directam aduersus  
Batauos aciem, tamquam à Magontiaco legiones sequerentur: eiusdem prodicione ca-  
sos, nullis superuenientibus auxilijs. Ignota hæc ceteris exercitibus, neque Imperatori  
suo nuntiari: cum accursu tot prouinciarum, exstingui repens perfidia potuerit. Hordeo-  
nius exemplaria omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque & Hispanias  
auxilia orabat, exercitui recitauit: instituitque pessimum facinus, vt <sup>47</sup> epistolæ Aquili-  
feris legionum traderentur, à quibus antè militi quàm ducibus \* legebantur. Tum è sedi-  
tiosis vnum vinciri iubet, <sup>48</sup> magis vsurpandi iuris, quàm quia vnius culpa foret. Mo-  
tusque Bonnâ exercitus, in Coloniam Agrippinensem; affluentibus auxilijs Gallorum,  
qui primò rem Romanam enixè iuuabant. Mox valescentibus Germanis, pleræque ci-  
uitates aduersum nos armatæ, spe libertatis; &, si exuissent seruitium, cupidine imperi-  
tandi. Gliscebant iracundia legionum, nec terrorem vnius militis vincula indiderant.  
quin idem ille arguebat vltro conscientiam ducis: tamquam nuntius inter Civilem Flac-  
cumque, falso crimine, testis veri opprimeretur. Conscendit tribunal Vocula, mirâ con-  
stantiâ, prehensumque militem ac vociferantem duci ad supplicium iussit. Et dum mali  
pauent, optimus quisque iussis paruere. Exin, consensu, ducem Voculam poscentibus,  
Flaccus summam rerum ei permisit. Sed discordes animos multa efferebant, inopia  
stipendij frumenti que, & simul dilectum tributa que Gallia aspernantes: Rhenus, incog-  
nitâ illi cælo siccitate, vix nauium patiens: arti com meatus: dispositæ per omnem ripam  
stationes, quæ Germanos vado arcerent: eademque de causâ minus frugum, & plu-  
res qui consumerent. Apud imperitos prodigij loco accipiebatur ipsa aquarum penur-  
ria, tamquam nos amnes quoque, & vetera imperij munimenta, desererent. quod in  
pace, fors, seu natura; tunc fatum & ira dei, vocabatur. Ingressis Nouesium, \* tertiadeci-  
ma legio coniungitur. Additus Voculæ in partem curarum, Herennius Gallus, legatus:  
neque ausi ad hostem pergere, loco, Gelduba nomen est, castra fecere. Ibi struendâ acie,  
munien-

44. IPSE PAVIDVS TORPERE.] *Quædam edi-  
tiones, ipse nauibus inualidus corpore. Fortè, ipse  
pavidus, inualidus, torpere. Duplex certè vitium  
& segnitas huic seni, corporis animique.*

45. APERTA ODIS, ARMAQUE.] *Sallustiana  
imitatio est: Hostem aduersum deprimere, homi-  
ni strenuo haud difficile est: occulta pericula ne-  
que vitare, neque facere, bonis in promptu est.*

46. VOCIBVS INSISTENTES.] *Alij, vocibus in-  
stinctos.*

47. EPISTOLÆ AQUILIFERIS.] *Cur Aquiliferis?  
quia legenda nimirum ad signa: id est, in Principijs.  
Facit omnino ad hunc morem, quod Spartianus in*

*Pescennio Nigro refert ex epistolâ M. Antonini Impe-  
ratoris: Itaque misi litteras recitandas ad signa.*

48. MAGIS VSVRPANDI IVRIS.] *Vaticanum  
iure sequor in elegantissimo genere dicendi. Nam vul-  
gati scilicet, Causam, inculcauerant, sine causâ.  
Prisci autem hac breuitate sermonis vsi sapè. Sallu-  
stius: Quæ postquam gloriosa modò neque belli  
patrandi cognouit. Linius: Ea prodendi imperij  
Romani, tradendæ Annibali victoriæ esse. Plau-  
tus: Iusiurandum rei seruandæ, non perdundæ  
conditum est. Vlpianus: Siquis euitandi criminis  
id egit, vt reip. causâ abesset. Rectè enim ita liber  
Florentinus.*

A<sup>1</sup> muniendo vallandoque, & ceteris belli meditentis militem firmabant. Utque prædâ ad virtutem incenderetur, in proximos Gugernorum pagos, qui societatem Ciuilis acceperant, ductus à Voculâ exercitus. Pars cum Herennio Gallo permanfit. Fortè nauem, haut procul castris, frumento grauem, cum per vada hæfisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus, misitque subsidio cohortem. Auctus & Germanorum numerus, paulatimque aggregantibus se auxilijs, acie certatum. Germani, multâ cum strage nostrorum, nauem abripiunt. Victi ( quod tum in morem verterat ) non suam ignauiam, sed perfidiam legati culpabant. Protractum è tentorio, scissâ veste, verberato corpore, quo pretio, quibus conscijs, prodidisset exercitum, dicere iubent. Redit in Hordeonium inuidia: illum auctorem sceleris, hunc ministrum vocant: donec exitium minitantibus exterritus, proditionem & ipse Hordeonio obiecit. Vincitque, aduentu demum Voculæ, exsoluitur. Is postera die, auctores seditionis morte affecit. Tanta illi exercitui diuersitas inerat, licentiæ, patientiæque. Haut dubiè gregarius miles, Vitellio fidus: splendidissimus quisque, in Vespasianum proni. inde scelerum ac sup-

Cap. 27.

Fortuitum certamen. In quo Germani superant.

Diuerfi affectus & vira inter Romanos.

B<sup>1</sup> pliciorum vices, & mixtus obsequio furor: vt contineri non possent, qui puniri poterant. <sup>49</sup> At Ciuilem immensum vniuersa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmatâ. Ille, vt cuique proximum, vastari Vbios Treuerosque, & aliâ manu Mosam amnem transire iubet, vt Menapios & Morinos & extrema Galliarum quaterent. Actæ utrobique prædæ. Infestius in Vbijs, <sup>50</sup> quos genus Germanicæ originis, eiuratâ patriâ, \* Romanorum nomine Agrippinenses vocarent. Cæsæ cohortes eorum, in vico Mareoduro, incuriosius agentes, quia procul ripâ aberant. Nec quieuerè Vbij, quominus prædas è Germaniâ peterent. primò impune: dein circumuenti sunt per omne id bellum, meliore vsi fide quàm fortunâ. Contusis Vbijs, grauior & successu rerum ferocior Ciuilis, obsidium legionum vrgebat: intentis custodijs, ne quis occultus nuntius venientis auxiliij penetraret. Machinas molemq̃ operum, Batauis delegat: Transthenanos prælium poscentis, ad scindendum vallum ire, detrusosque redintegrate certamen iubet: superante multitudine, & facili damno. nec finem labori nox attulit.

Cap. 28.

Germani prædam & Gallis agunt. \* Multis Romano.

Vbij ab ijs repressi. Ciuis ad vetera satagit.

Qui Germanos oppugnatâ ea misit.

C<sup>1</sup> Congestis circum lignis accensisque, simul epulantes, vt quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipsorum tela, per tenebras vana. Romani conspicuam Barbarorum aciem, & si quis audaciâ aut insignibus effulgens, ad ictum destinabant. Intellectum id Ciuili: & restincto igne, misceri cuncta tenebris & armis iubet. Tum verò strepitus dissoni, casus incerti, neque feriendi, neque declinandi prouidentia. Vnde clamor acciderat, circumagere corpora, <sup>51</sup> tendere arcus: nihil prodesse virtus; fors cuncta turbare, & ignaorum sæpè telis fortissimi cadere. Apud Germanos, inconsulta ira: Romanus miles periculorum gnarus, ferratas fudes, graui saxa, non fortè iaciebat. Vbi sonus molientium, aut appositæ scalæ, hostem in manus dederant, propellere vmbone, pilo sequi. multos moenia egressos, pugionibus fodere. Sic exhaustâ nocte, nouam aciem dies aperuit. Eduxerant Bataui turrim, duplici tabulato. quam prætorix portæ ( is æquissimus locus ) propinquantem, promoti contra validi asseres, & incussæ trabes perfregère, multâ superstantium pernicie. Pugnatumque in periculosos, subitâ & prosperâ eruptione. Simul à legionarijs peritiâ & arte præstan-

Cap. 29.

Parum consultè.

Cap. 30.

Turris à Batauis structa: Sed confracta.

D<sup>1</sup> 49. AT CIVILEM IMMENSVM. ] Locum rectè ita purgauimus, cum legeretur, immensis actibus, vulgò in Couarruuiano erat, auctibus. in Rodolphi codice, laudibus. Quæ omnes externæ & additiuæ voces, pro libito explentium. At mihi Vaticanus ille bonus bene præiuit, qui legit, immensis vniuersa Germ. Ex quo phrasim facild elicui Tacito & Sallustio notam. Noster libro III. Annal. Opumque, quâs domus illa immensum viguit, primus accumulator. Sallustius III. Histor. Neque iam sustineri poterant, immensum aucto mari, & vento gliscente. Nec tamen absurde etiam scripseris, immensum quantum. Nam Vaticano certè spatium aliquod post eam vocem est,

quasi altera desiat. Pichena quidem placere video, ex Flor. immensis auctibus: quod interpretatur, auctum valde viribus copijsq̃, à Germanis. Vt quisque volet: at nimia pro re & vero illa locutio sit, immensis auctibus. Vbi hæc tam magna? ne dicam immensa.

50. QVOS GENVS GERMANICÆ. ] E Budensf & Romano colligas, quod gens Germ. & statim, vocarentur.

51. TENDERE ARCVS. ] Mihi suspectum, & tibi si attendes. Quorsum hic Arcus? De Germanicis sermo est, quibus hæud crebra ea arma: sed nec ille sensus ad Taciti sensum. Mihi videbatur, tendere armis. Et ita solet. vbi periculum, èo armis tendimus.

Igitur ite-  
rum ad obsi-  
dium Ciuilis  
vertit.

Cap. 31.

Milites Ves-  
pasiانو iu-  
uare adacti:  
Sed verè ad-  
acti.

Cap. 32.

\* Var. suspe-  
siones

Montanus  
ad Ciuilem,  
pro pace.  
Sed ipse ultra  
eum ad bel-  
lum trahit.

\* Libri qui-  
dã, molliora

Cap. 33.

Ciuilis in  
Voculam  
mittit.

Quem im-  
prouisè pandè  
opprimunt.

Casus Roma-  
nos adiunxit:

Et Batanos  
cadunt.

Cap. 34.

Iudicium in  
utrumque  
ducem.

Ciuilis ob-  
sessos fraude  
tentat.

præstantibus, plura struebantur. Præcipuum pauorem intulit suspensum & nutans ma-  
chinamentum, quo repente demisso præter suorum ora, singuli pluresve hostium subli-  
me rapti, verso pondere intra castra effundebantur. Ciuilis omisâ oppugnandi spe, rur-  
sus per otium assidebat, nuntijs & promissis fidem legionum conuellens. Hæc in Ger-  
maniâ ante Cremonense prælium gesta; cuius euentum litteræ Primi Antonij docue-  
re, addito Cæcinæ edicto. Et præfectus cohortis è victis, Alpinus Montanus, fortunam  
partium præfens fatebatur. Diuersi hinc motus animorum. Auxilia è Galliâ, quibus nec  
amor, nec odium in partes, militia sine affectu, hortantibus præfectis, statim à Vitellio  
desciscunt: vetus miles contabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus tribu-  
nis, dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans: & cum cetera iurissu-  
randi verba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes, aut leui murmure, & plerum-  
que silentio transmittebant. Lectæ deinde pro concione epistolæ Antonij ad Ciuilem,  
& suspiciones militum irritauere, tamquam ad socium partium scriptæ; & de Germani-  
co exercitu hostiliter. Mox allatis Geldubam in castra nuntijs, eadem dicta, factaque: B  
& missus cum mandatis Montanus ad Ciuilem, vt absteret bello, <sup>52</sup> neve externa ar-  
mis falsis velaret. Si Vespasianum iuuare aggressus foret; satisfactum cœptis. Ad ea Ci-  
uilis primò, callidè: post, vbi videt Montanum præferocem ingenio, paratumque in res  
nouas, orsus à questu periculisque quæ per quinque & viginti annos in castris Romanis  
exhaustisset, Egregium, inquit, pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & seuis-  
mas huius exercitus voces, quibus ad supplicium petitus, iure gentium pœnas reposco. Vos autem  
Treueri, ceteraque seruientium animæ, quod pretium effusi totiens sanguinis expectatis, nisi in-  
gratam militiam, immortalia tributa, virgas, secures, & dominorum ingenia? En ego præfectus  
vnius cohortis, & Caninesates Batanisque, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia  
excidimus, vel septa ferro fameque premimus. denique ausos aut libertas sequetur, aut victi iudem  
erimus. Sic accensum, sed \* meliora referre iustum, dimittit. Ille vt irritus legationis re-  
diit, cetera dissimulans, quæ mox erupere. Ciuilis parte copiarum retentâ, veteranas co-  
hortes, & quod è Germanis maximè promptum, aduersus Voculam exercitumque eius C  
mittit: Iulio Maximo, & Claudio Victore <sup>53</sup> sororis suæ filio, ducibus. Rapiunt in  
transitu hiberna alæ, Asciburgij sita. adeoque improuisi castra inuolauere, vt non allo-  
qui, non pandere aciem Vocula potuerit. Id solum, vt in tumultu, monuit, subsignano  
milite media firmare. auxilia passim circumfusa sunt. Eques prorupit, exceptusque  
compositis hostium ordinibus, terga in suos vertit. Cædes inde, non prælium. Et Ner-  
uiorum cohortes, metu seu perfidiâ, latera nostrorum nudauere. Sic ad legiones per-  
uentum. quæ, amissis signis, intra vallum sternebantur; cum repente, nouo auxilio, for-  
tuna pugnae mutatur. Vasconum lectæ à Galbâ cohortes, ac tum accitæ, dum castris  
propinquant, audito præliantium clamore, intentos hostes à tergo inuadunt, latiore-  
que quàm pro numero terrorem faciunt: alijs à Nouesio, alijs à Maguntiaco vniuersas  
copias aduenisse credentibus. Is error Romanis addit animos, & dum alienis viribus  
confidunt, suas recepere. Fortissimus quisque è Batavis, quantum peditum erat, fun-  
duntur: eques euasit, cum signis captiuisque, quos primâ acie corripuerant. Cætorum  
eo die, in partibus nostris, maior numerus & imbecillior; è Germanis, ipsa robora. Dux  
vterque, pari culpâ meritis aduersa, prosperis defuere. Nam Ciuilis, si maioribus copijs D  
instruxisset aciem; circumiri à tam paucis cohortibus nequisset, castraque perrupta exci-  
disset. Vocula, nec aduentum hostium explorauit, eoque simul egressus victusque. dein  
victoriæ parum confusus, tritis frustra diebus, castra in hostem mouit. quem si statim  
impellere, cursumque rerum sequi maturasset; soluere obsidium legionum eodem im-  
petu potuisset. Tentauerat interim Ciuilis obsessorum animos, tamquam perditæ apud  
Romanos res, & suis victoriæ prouenisset. Circumferebantur signa vexillaque. ostentati  
etiam

52. NEVE EXTERNA ARMIS FALSIS VELARET.] Clarius, externa arma. hoc sensu, Ne Ciuilis ultra tegetet perfidiam & rebellionem: neu quod reuera externum bellum erat,

tegetet & velaret quasi pro Vespasiano sumtum & ciuile.

53. SORORIS SVÆ FILIO.] Romanus cod. & Rodolphus, sororis suæ viro.

54. CRE-

A etiam captiui. ex quibus vnus, egregium facinus ausus, clarâ voce gesta patefecit, confosus illic à Germanis: vnde maior indici fides. Simul vastatione incendijsque flagratium villarum, venire victorem exercitum intelligebatur. In conspectu castrorum constitui signa, fossamque & vallum circumdari Vocula iubet, vt depositis impedimentis sarcinisque expediti certarent. Hinc in ducem clamor pugnam poscentium, & minari assueuerant. Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompositi fessique prælium sumserunt. nam Ciuilis aderat non minùs vitijs hostium, quàm virtute suorum fretus. Varia apud Romanos fortuna, & seditiosissimus quisque ignauis: quidam recentis victoriæ memores, retinere locum, ferire hostem, seque & proximos hortari. Et redintegratâ acie, manus ad obsessos tendere, ne tempore deessent. Illi cuncta è muris cernentes, omnibus portis prorumpunt. Ac fortè Ciuilis lapsu equi prostratus, <sup>54</sup> creditâ per vtrumque exercitum famâ, vulneratum aut interfectum, immane quantum suis pauoris, & hostibus alacritatis indidit. Sed Vocula, omissis fugientium tergis, vallum turreisque castrorum augebat, tamquam rursus obsidium immineret: corruptâ ticiens victoriâ, non falsò suspectus bellum malle. Nihil æquè exercitus nostros, quàm egestas copiarum fatigabat. Impedimenta legionum cum imbelli turbâ Nouesium missa, <sup>55</sup> vt inde terrestri itinere frumentum adueherent. Nam flumine hostes potiebantur. Primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Ciuile. <sup>56</sup> qui reuersus, missos Nouesium frumentatores, datasque in præsidium cohortes, velut multâ pace, ingredi accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentiâ vagos, compositus inuadit: præmissis, qui pontes & viarum angusta infiderent: pugnatum longo agmine, & incerto Marte, donec prælium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus vt fuerant castris, quæ relictorum illuc militum præsidio tenebantur. Non erat dubium, quantum in regressu discriminis adendum foret, frumentatoribus <sup>57</sup> onustis pauculisque. Addidit exercitui suo Vocula mille dilectos, è quintâ & quartadecimâ legionibus apud Vetera obsessis, indomitum militem & ducibus infensum. Plures quàm iussum erat profecti, palàm in agmine fremebant, non se vltra famem, insidias legatorum toleraturos. At qui remanserant, desertos se abductâ parte legionum querebantur. Duplex hinc seditio, alijs reuocantibus Voculam; alijs redire in castra abnuentibus. Interim Ciuilis Vetera circumfedit. Vocula Geldubam, atque inde Nouesium concessit. Ciuilis capit Geldubam. Mox haud procul Nouesio, equestri prælio prosperè certauit. Sed miles, secundis aduersisque, perinde in exitium ducum accendebatur. Et aduentu quintanorum quintadecimanorumque auctæ legiones donatium exposcunt, comperto pecuniam à Vitellio missam. Nec diu contatus Hordeonius, nomine Vespasiani dedit. Idque præcipuum fuit seditionis alimentum. Effusi in luxum & epulas, & nocturnos cætus, veterem in Hordeonium iram renouant. nec villo legatorum, tribunorumve obsistere auso, (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum è cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur, nisi seruili habitu, per tenebras, ignoratus euasisset. Vbi sedato impetu, metus redijt: centuriones cum epistolis ad ciuitates Galliarum misere, auxilia ac stipendia oraturos. Ipsi, vt est vulgus sine rectore præceps, \* pavidus, secors, aduentante Ciuile, raptis temerè armis, ac statim omissis, in fugam vertuntur. Res aduersæ discordiam peperere; ijs qui è superiore exercitu erant, causam suam dissociantibus. Vitellij tamen imagines, in castris, & per proximas Belgarum ciuitates, repositæ, cum iam Vitellius \* corruisset. Dein mutuati in pœnitentiam primani, quartanique \* & duodeuicesimani, Voculam sequuntur:

Quam captiui vnus aperit.

Ad Vetera certatur.

Primo ambagùe.

Mox eruptione, prosperè. Ciuilis periculum.

Cap. 35. Vocula non vititur victoria.

Frumentatores Rom. Ciuilis inuadit.

Ad quos eripiendos copia è Veteribus loca.

Cap. 36. Geldubam Ciuilis capit.

Pecuniam Romani.

Qua in perniciem datorum vertit.

Cap. 37. Alij, pavidum, discordia inter ipsos. Ad Vitellium pars redeunt, iam nullum. Flor. occidisset. \* duodeuicesimani.

54. CREDITA. ] Rhenanus, editâ. ego, deditâ, vel diditâ.

55. VT INDE TERRESTRI. ] Præcessit de impedimentis legionum & imbelli turbâ: an illi igitur frumenta adueherent, inter medios ita hostes? ridiculum. puto defectum aliquem esse, & asteriscum ante hæc ver-

ba ponendum \* vt inde terrestri. Vide sequentia, agnosces.

56. QVI REVERSUS, MISSOS. ] Magis placet quod è quibusdam libris eruas, qui vbi rursus missos. Sententiam certè aptius necit.

57. ONUSTIS PAUCVLISQUE. ] Rom. onustis percussisque.

Magontiacū  
liberatum.

\* Delenda  
videtur vo-  
cula.

Cap. 38.

A. Y. C.  
DCCCXXIII.  
Falsus ab  
Africa mo-  
tus.  
L. Piso.

Cap. 39.

Senatus ho-  
nores distri-  
buit.  
\* Flor. tam-  
quam

Domitianus  
Prator.

Antonius  
Muciano  
suspectus,  
Spei nona.

Callidè eum  
axarmat.

Cap. 40.

Domitianus  
Patres beni-  
gnè alloqui-  
tur.  
Galba me-  
moriam resti-  
tuta.  
Leges & Fa-  
sti, reparata.

P. Celer  
damnatus.

tur: apud quem resumto Vespasiani sacramento, ad liberandum Magontiaci obsidium A  
ducebantur. Discesserant oblectores, mixtus ex Cattis, Vspijs, Mattiacis exercitus, satie-  
tate prædæ, <sup>58</sup> nec incruentati. [\* Ita ] dispersos & nescios miles noster inuaserat. Quin-  
& lorica vallumque per fines suos Treneri struxere, magnisque inuicem cladibus cum  
Germanis certabant. donec egregia erga populum Romanum merita, mox rebelles  
fœdarent. Interea Vespasianus iterum, ac Titus, consulatum absentes inierunt, mæstâ  
& multiplici metu suspensâ ciuitate. quæ super instantia mala, falsos pauores induerat,  
desciuisse Africam, res nouas moliente L. Pisonè. Is præerat prouinciæ, nequaquam tur-  
bidus ingenio. Sed quia naues sæuitiâ hiemis prohibebantur, vulgus alimenta in dies  
mercari solitum, cui <sup>59</sup> vna ex rep. annonæ cura, clausum litus, retineri comiteatus  
dum timet, credebat: audentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum  
posuerant: nec victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates externis quo-  
que bellis inexplebiles, nulla vumquam ciuili victoria satiauit. Kalen. Ianuarijs, in  
senatu, quem Iulius Frontinus prætor vrbani vocauerat, legatis exercitibusque, ac B  
regibus laudes gratæque decretæ. Et Tertio Iuliano prætura, \* quod transgredientem  
in partes Vespasiani, legionem deseruisset, ablata, vt in Plotium Griphum transfer-  
retur. Honor dignitas equestris data. Et mox, eiurante Frontino, Cæsar Domitianus  
præturam cepit. Eius nomen epistolis edictisque proponebatur. Vis penes Mucia-  
num erat: nisi quod pleraque Domitianus, instigantibus amicis, aut propriâ libidine,  
audebat. Sed præcipuus Muciano merus è Primo Antonio, Varoque Arrio: quos recen-  
tes, clarosque rerum famâ, ac militum studijs, etiam populus fouebat, quia in nemi-  
nem vltra aciem sæuierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregijs ma-  
ioribus, & fraternâ imagine fulgentem, ad capeffendam rempub. hortatus: haut defutu-  
râ consciorum manu, ni Scribonianus abnuisset. ne paratis quidem corrupti facilis,  
adeò metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalâm opprimi Antonius nequibat:  
multis in senatu laudibus cumulatam, secretis promissis onerat, citiorem Hispaniam  
ostentans, discessu Cluij Rufi vacuam. simul amicis eius, tribunatus præfecturasque  
largitur. Dein, postquam inanem animum spe & cupidine impleuerat, vires aboler:  
dimissâ in hiberna legione septimâ, cuius flagrantissimus in Antonium amor. Et ter-  
tia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa. Pars exercitus, in Germanias  
ducebatur. Sic egesto, quidquid turbidum, redit vbi sua forma, legesque, & munia  
magistratum. Quo die senatum ingressus est Domitianus, de absentia patris fratris-  
que ac iuuentâ suâ, pauca & modica disseruit, decorus habitu: & ignotis adhuc mori-  
bus, crebra oris confusio, pro modestiâ accipiebatur. Referente Cæsare, de restituendis  
Galbæ honoribus, censuit Curtius Montanus, vt Pisonis quoque memoria celebraretur.  
Patres vtrumque iusser. de Pisonè irritum fuit. Tum sorte ducti, per quos redde-  
rentur bello rapta, quique æra legum vetustate delapsa noscerent, figerentque, & Fastos  
adulatione temporum tædatos exonerarent, modumque publicis impensis facerent.  
Redditur Tertio Iuliano prætura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse.  
Gripho honor mansit. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum & P. Cele-  
rem placuit, damnatusque Publius, & Sorani manibus satisfactum. Insignis publicâ  
seueritate dies, ne priuatim quidem laude caruit. Iustum iudicium expleffe Musonius  
videbatur. Diuersa fama Demetrio Cynicam sectam professo, quod manifestum reum  
ambitosius quàm honestius defendisset. <sup>60</sup> Ipsi Publio neque animus in periculis, neque  
oratio suppeditauit. Signo vltionis in accusatores dato, petit à Cæsare Iunius Mauri-  
cus, vt commentariorum principalium potestatem senatui faceret, per quos nosceret,  
quem quisque accusandum poposcisset. Consulendum tali super re Principem, respon-  
dit.

58. NEC INCRUENTATI. ITA DISPERSOS ET  
nescios.] Iudicabam deesse quippiam. nunc restituere  
iuuante Romano cod. posse videor, nec incruentati. In  
viâ dispersos.

59. VNA EX REP. ANNONÆ CVRA.]  
Nihil mutandum. Tale illud Iuuenalis de po-

pulo Romano est:

— duas tantum res anxius optat  
Panem & Circenses.

Nam, Pana, substituunt leguntq, male.

60. IPSI PVBLIO NEQVE ANIMVS.] Vox ad-  
dita, auctore Vatic.

A dit. Senatus, inchoantibus primoribus, <sup>61</sup> iusiurandum concepit, quo certatim omnes magistratus, ceteri ut sententiam rogabantur, *Deos testes aduocabant, nihil ope sua factum quo cuiusquam salus laderetur, neque se premium aut honorem ex calamitate civium cepisse.* trepidis, & verba iusiurandi per varias artes mutantibus, quibus flagitij conscientia inerat. Probabant religionem patres, periurium arguebant. Ea que velut censura, in Sariole- num Voculam, & Nonium Actianum, & Cestium Seuerum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariole num & recens crimen urgebat, quod apud Vitellium molitus eadem foret. nec destitit senatus manus intentare Voculae, donec curiam excederet. Ad Pactium Africanum transgressi, eum quoque proturbant: tamquam Neroni, <sup>62</sup> Scribonianos fratres concordiam opibusque insignes, ad exitium mon- strauisset. Africanus neque fateri audebat, neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cuius interrogationibus fatigabatur, vltro conuersus, miscendo quae defendere nequibat, societate culpa inuidiam declinauit. Magnam eo die pietatis eloquentiaque famam <sup>Cap. 41.</sup> *lurati patres a calumnia se purgant.*

B Vipfanius Messalla adeptus est, nondum senatoriam aetate, ausus pro fratre <sup>63</sup> Aquilio Regulo deprecari. Regulum, subuersa Crassorum & Orphiti domus, in summum odium extulerat. <sup>64</sup> Sponte ex S. C. accusationem subiisse iuuenis admodum, nec de- pellendi periculi, sed in spem potentiae videbatur. Et Sulpicia Praetextata <sup>65</sup> Crassi vxor, quattuorque liberi, si cognosceret senatus, vltiores aderant. Igitur Messalla non causam neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens, flexerat quosdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eod usque progressus, ut post caedem Galbae, datam interfe- <sup>Cap. 42.</sup> *Messalla Regulum eripere tentat.*

C oratione Curtius Montanus, eod usque progressus, ut post caedem Galbae, datam interfe- <sup>66</sup> ctori Pisonis pecuniam a Regulo, appetitum morsu Pisonis caput obieceret. *Hec certe, inquit, Nero non coegit, nec dignitatem, aut salutem illa saevitia redemisti. Sane tolere- mus istorum defensiones: qui perdere alios, quam periclitari ipsi maluerunt. Te securum relique- rat exsul pater, & diuisa inter creditores bona, nondum honorum capax aetas: nihil quod ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret. libidine sanguinis, & hiatu premiorum, ignotum adhuc ingenium, & nullis defensionibus expertum, caede nobili imbuiisti. cum ex funere reipublicae, rap- tis <sup>67</sup> consularibus spolijs, <sup>68</sup> septuagies sestertio signatus, & sacerdotio fulgens, innoxios pue- ros,*

*Curtius enim premis.*

61. IUSIURANDUM, QVO CERTATIM.] Est iuramentum a toto Senatu editum, de calumnia quam nemini capitalem intulissent. Sed hic non video, cur ita certatim magistratus praestiterit: neque enim in honorem Principis, aut adulatio aliqua fuit, imo cunctanter potius hoc agendum. Sane ea vox suspecta est, & seriatim, aut tale quid malim: quia certum habeo ordine quodam magistratus omnes id praestitisse, & digniores primo.

62. SCRIBONIANOS FRATRES.] Iunctim eos iterum nominat Annali XIII. Ad Scribonios fratres ea cura transfertur. Nec temere aut iungit, aut concordiam laudat. Audi Xiphilinum, qui vnus haec illustrat, in Nerone: Αδελφοί τε, inquit, καὶ ἡλικιωὶ ἑσπονοὶ πρὸς ὄντες, καὶ μὴδὲν μὴδὲ ποτε ἀνδρῶν ἀλλήλων φροῦζαντες, ἀλλ' ὡσπερ τῶν γένει, ἕτω καὶ τῆν φροῦρεσει τῆν τε ἑστία συμπεφυκότες: Fratres, & quodam- modò aequales, nihil alter absque altero facientes, sed ut genere, ita & electione vitae & facultatibus coniuncti. Addit deinde, cum vtrique Germaniae praefuissent, vocatos a Nerone in Graeciam, ibique incisis sponte venis periisse. Sed recte Scribonianos hic legimus? non opinor. Taciti loco dicto Scribonios habes: & in Xiphilino, Σκρίβωνίων.

63. AQUILIO REGULO.] Est omnino ille Regulus, Plinio in Epistolis meritisimo flagellatus, & alibi Bipedum nequissimus dictus. Obserua ergo de Messalla diuersissimo fratre.

64. SPONTE EX S. C.] Non de nihilo ambigit Rhenanus. Si enim ex S. C. subijs, quomodo sponte?

Diuiuat, Sponte ex se. Haud ineptè. Quid si, Sponte, nec S. C.?

65. CRASSI VXOR.] Vox, vxor, abest Rom edit. Rectissime. Vix enim aliter prisca locuti aut scripsere, quam Terentia Tullij, Livia Drusi, &c. cum intellegant uxorem.

66. AUT SALUTEM ILLA SAEVITIA.] Ex ducta scriptura Vaticana restitui. Nam hi, nec dignitatem hausta litem. Valgò, nec dignitatem aut ista lucem.

67. CONSULARIBVS SPOLIIS.] Eò dictum, quia consulatum acceperat, premium accusationis. Nam ita obtinebat, ut accusanti & damnanti, non pecunie solum merces esset, sed & honoris aut magistratus quem reus habuisset. Dio libro XLVI. de accusatoribus percussorum Caesaris, pulchrè: Χρήματα τε ἃ ἐκ τῶν ἀλόγως ἑστίας, καὶ τὴν τιμὴν ἢ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμείνε, εἴ τινα ἀεὶ ἔχων ἦν, ἐλάμβανον: Nam & pecunias è bonis damnati, & honorem aut magistratum, si quem modò haberet, accipiebant. Tacitus saepe indicat: & clarè, initio libri I. Nec minùs praemia delatorum inuisa, quàm scelera. cum alij sacerdotia & consulatus, ut spolia, adepti, procurationes alij & interiorum potentiam, agerent, ferrent cuncta.

68. SEPTVAGIES SESTERTIO SIGNATVS.] Vo- lebam dignatus: ut in Virgilio:

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. & ipso alibi Cicerone. At nunc placet magis Faerni coniectura, saginatus.

69. EXEM-



ros, illustres senes, conspicuas feminas eadem ruinâ prosterneret: cum segnitiam Neronis incusa- A  
res, quod per singulas domos, seque & delatores fatigaret. posse vniuersum senatum vnâ voce  
subverti. Retinete patres conscripti, & reseruate hominem tam expediti consilij, ut omnis etas  
instructa sit: & quomodo senes nostri, Marcellum, Crispum; iuuenes, Regulum imitentur. In-  
uenit etiam emulos infelix nequitia. quid si floreat vigeatque? Et quem adhuc quaestorium offen-  
dere non audemus, pretorium & consularem \* visuri sumus? An Neronem, extremum domino-  
rum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Caio superstites fuerunt: cum interim intesta-  
bilio, & seuior exortus est. Non timemus Vespasianum: ea principis etas, ea moderatio. Sed  
diutius durant <sup>69</sup> exempla, quam mores. Elanguimus P.C. nec iam ille senatus sumus, qui occiso  
Nerone, delatores & ministros, more maiorum puniendos flagitabat. Optimus est, post malum

\* Puto ve-  
rius, ausuri.

Cap. 43.

Et Senatum  
permouet.  
Heluidius  
iterum in  
Marcellum.

Principem, dies primus. Tanto cum assensu senatus auditus est Montanus, ut spem cape-  
ret Heluidius, posse etiam Marcellum prosterni. Igitur à laude Cluij Rufi orsus, qui  
perinde diues & eloquentiâ clarus, nulli vniquam sub Nerone periculum faceffisset; cri-  
mine simul exemploque Eprium vrgebat, ardentibus patrum animis. quod vbi sensit B  
<sup>70</sup> Marcellus, velut excedens curiâ: Imus, inquit, Prisce, & relinquimus tibi senatum tuum:  
regna presente Cæsare. Sequebatur Vibius Crispus: ambo infensi, vultu diuerso. Marcel-  
lus minacibus oculis, Crispus renidens: donec accursu amicorum, retraherentur. Cum  
glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci & validi pertinacibus odijs tende-

Cap. 44.

Sed memoria  
præterito-  
rum abolita.

rent; consumtus per discordiam dies. Proximo senatu, inchoante Cæsare de abolendo  
dolore iraque, & priorum temporum necessitatibus, censuit Mucianus pro accu-  
satoribus. Simul eos qui cœptam, dein omissam actionem repeterent, motuit sermone  
molli, & tamquam rogaret. Patres <sup>71</sup> cœptam libertatem, postquam obuiam itum,  
omiserunt. Mucianus ne sperni senatus iudicium, & cunctis sub Nerone admissis data

Sagitta rei-  
ctus in exi-  
lium:

impunitas videretur; Octauium Sagittam, & Antistium Soffianum senatorij ordinis,  
egressos exilium, in eadem insulas redegit. Octauius, Pontiam Postumiam stupro  
cognitam, & nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat: Soffianus, prauit-  
tate morum multis exitiosus. Ambo graui senatus consulto damnati pulsi-  
que, quam-  
uis concessio alijs reditu, in eadem pœnâ retenti sunt. Nec ideò lenita erga Mucianum C  
inuidia. Quippe Soffianus ac Sagitta, viles, etiam si reuerterentur: accusatorum ingenia,  
& opes, & exercita malis artibus potentia, timebantur. Reconciliauit paulisper studia

Et Soffianus.

Cap. 45.

Puniri qui  
Senatorem  
illuferant.

patrum, habita in senatu cognitio, secundum veterem morem. <sup>72</sup> Manlius Patricius  
ordinis senatorij, <sup>73</sup> pulsatum se in <sup>74</sup> coloniâ Senensi, cœtu multitudinis, & iussu ma-  
gistratum querebatur. nec finem iniuriæ hîc stetit: planctum, & lamenta, & supre-  
morum imaginem præsentî sibi circumdata: cum contumelijs & probris, quæ in sena-  
tum vniuersum iacerentur. Vocati qui arguebantur: Et cognitâ causâ, in conuictos  
vindicatum. Additumque S. C. quo Senensium plebes modestiæ admoneretur. Ijs-  
dem diebus Antonius Flamma Cyrenensibus damnatur, lege repetundarum, & ex-  
filio

69. EXEMPLA, QVAM MORES. ] Inepta aut ni-  
bili sententia. Rudolphus, quàm homines. Vis ad ve-  
rum duci? lege, amores: tum alteram litteram di-  
uide, habes autores: id est, rem & sententiam me-  
ram. O quàm leuia sapè turbant!

70. MARCELLVS. ] Hic homo eloquens magis,  
quàm sapiens aut bonus, eâ vi accusatores omnes re-  
pressit, aut reiecit; & simul Vespasianum mox suum  
fecit. Quod idem in Vibio Crispo. Auctor Dialogi de  
Causis corr. eloq. super hac re: Quid aliud infestis  
patribus nuper Eprius Marcellus, quàm eloquen-  
tiam suam opposuit? cum accinctus & minax  
disertam quidem, sed inexercitam eiusmodi  
certaminum & rudem Heluidij sapientiam elu-  
fit. Iam & de gratiâ apud Principem, ibidem de illis  
duobus: Multos iam annos, ac donec libuit, princi-  
pes fori, nunc principes in Cæsaris amicitia agunt  
feruntque cuncta.

71. COEPTAM LIBERTATEM. ]  
Prisci libri, cœptam. ex quo velim, cœptam  
tantum.

72. MANLIUS PATRICIVS. ] Vatic. & Rom.  
Patritius. Fortasse, Patruinus. quod nomen in Sym- D  
machi epistolis plus semel leges.

73. PVL SATVM SE IN COLONIA. ] Grande  
priscis illis moribus crimen. nam nec conuictio Sena-  
torem aspergere licebat impunè. Arnobius libro IV.  
Magistratum in ordinem redigere, Senatorem  
aut conuictio prosequi, suis esse decrectis periculo-  
sissimum pœnis. Saluianus libro VI. Illustrem ac  
præpotentem virum nequaquam exhonoriari à  
quoquam licet; & si quisquam exhonoraerit, de-  
cretis legalibus reus sistitur, & iniuriarum auctor  
iure damnatur.

74. COLONIA SENENSI. ] Senensi in Vatic.  
semper.

75. PREN-

A filio ob scævitiā. Inter quæ, militaris seditio propè exarsit. Prætorianam militiam re-  
 petebant à Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati: & lectus in eandem spem è le-  
 gionibus miles, promissa stipendia flagitabat. Ne Vitelliani quidem, sine multâ cæde,  
 pelli poterant. Ingressus castra Mucianus, quò rectius stipendia singulorum spectaret,  
 suis cum insignibus atque victores constituit, modicis inter se spatii discretos. Tum  
 Vitelliani, quos apud Bouillas in deditiōem acceptos memoravimus, ceterique per  
 urbem, & vrbī vicinā conquesti, producantur propè intecto corpore. Eos Mucianus  
 diduci, & Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercitum, sepa-  
 ratim assistere iubet. Illos primus statim aspectus obstupescerant, cum ex diverso, velut  
 aciem telis & armis trucem, semet, clausos nudosque & illuivē deformes, aspicerent. Ut  
 verò huc illuc distrahi cœpere, metus per omnes, & præcipua Germanici militis for-  
 mido, tamquam eā separatione ad cædem destinarentur. <sup>75</sup> prensare commanipula-  
 rium pectora, ceruicibus innecti, suprema oscula petere, ne desererentur soli, neu in pari  
 B causâ disparem fortunam paterentur: modò Mucianum, modò absentem Principem,  
 postremum cælum ac deos obtestari. donec Mucianus, cunctos eiusdem sacramenti,  
 eiusdem imperatoris milites appellans, falso timori obuiam iret. Namque & victor exer-  
 citus, clamore, lacrymas eorum iuuabat. Isque finis illâ die. Paucis post diebus, allo-  
 quentem Domitianum firmati iam exceperē. Spernunt oblatos sibi agros, militiam &  
 stipendia orant. Preces erant, sed quibus contradici non posset. igitur in prætorium ac-  
 cepti. Dein quibus ætas & iusta stipendia, dimissi cum honore, alij ob culpam: sed  
 carptim, ac singuli. quo tutissimo remedio, consensus multitudinis extenuatur. Cete-  
 rum verane pauperie, an vti videretur, actum in senatu, ut sexcenties sestertium à priua-  
 tis mutuū acciperetur. Præpositusque ei curæ Poppæus Silvanus. nec multò post ne-  
 cessitas abiit, siue omiſsa simulatio. Abrogati inde, legem ferente Domitiano, consula-  
 tus quos Vitellius dederat. funusque censorium Flavio Sabino ductum. magna docu-  
 menta instabilis fortunæ, <sup>76</sup> summaque etiam miscentis. Sub idem tempus L. Piso  
 C proconsul interficitur. eā de cæde quàm verissimè expediam, si pauca supra petiero, ab  
 initio causis que talium facinorum non absurda. Legio in Africâ auxiliæque, tutandis  
 imperij finibus, sub dno Augusto Tiberioque principibus, Proconsuli parebant. Mox  
 C. Cæsar turbidus animi, ac <sup>77</sup> M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam  
 Proconsuli legionem, misso in eam rem legato tradidit. æquatus inter duos <sup>78</sup> benefi-  
 ciorum numerus, & mixtis vtriusque mandatis, discordia quæſita auctaque. Præter  
 certamine, legatorum ius adoleuit, diuturnitate officij, vel quia minoribus maior æmulan-  
 di

Cap. 46.  
Seditio pæ-  
nona.

Quam Mu-  
cianus com-  
primi.

Vitellianos  
produci iu-  
bet.

illi frandem  
& cadem  
rimens.

Sed confir-  
mat Mucia-  
nus.

Iterumque in  
Prætorium  
accipi.  
Cap. 47.  
Pecunia con-  
quisita.

Cap. 48.  
De L. Pisonis  
cæde.

Inermis Pro-  
consul Africa  
factus.

75. PRENSARE COMMANIPVLARIVM. ] Ita  
 lego. non tamen malè, prensare commanipulares,  
 pectori, ceruicibus innecti.  
 76. SUMMAQUE ETIAM MISCEN-  
 TIS. ] Rodolphus acutè, summaque & ima mi-  
 ſcentis.  
 D 77. M. SILANVM. ] Dio hæc in rebus Caij  
 mirè confundit ac miscet. Nec M. Silano Proconsule  
 euenisse diuisionem hanc vult, sed ipso L. Pisonè.  
 Vide eum: & de hac ipsâ cæde Plinium libro III. epi-  
 stolâ VII.  
 78. BENEFICIORVM NUMERVS. ] Propriè & ex  
 aui eius vsu accipe Beneficia, promotiones ad altiores  
 ordines siue gradus. Castrense in eâ re verbum est,  
 Liuius sic vsurpatum lib. IV. Ut tribuni militum à  
 populo senideni crearentur. quæ antea, perquam  
 paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum  
 & consulum fermè fuerant beneficia. Ciceroni  
 etiam epistolâ ad Rufum Quæstorem: De centurio-  
 nibus tamen & tribunorum militum contuber-  
 nalibus, res est in integro. genus enim horum be-  
 neficiorum definitum lege non erat. Nec Valerius  
 alio sensu, lib. IV. cap. VII. scripsit. Ad equestrem

ordinem & splendidæ militiæ stipendia P. Cælij  
 beneficio peruenerat. Item Suetonius Tiberij capi-  
 te XII. clarè: Venit in suspicionem, per quosdam  
 beneficij sui centuriones. Noster ad eque lib. I. su-  
 pra. Primores militum, per beneficia Nymphidij,  
 vt suspectos. Hi tales, Beneficiarij dicti. Cæsar de Bel-  
 lo civili libro II. Petreius cum prætoriâ cohorte,  
 barbaris que equitibus paucis, Beneficiariis suis.  
 Passim in lapidibus: BF. COS. & BF. PR. & BF. PR. PR.  
 id est, Beneficiarius Consul. Beneficiarius præ-  
 toris. Beneficiarius præfecti prætorio, aut Propræ-  
 toris. Vegetius restringere nomen videtur: & Bene-  
 ficiarij, inquit libro II. cap. VII. ab eo appellati,  
 quòd beneficio Tribunorum promouerentur.  
 Et ad eius mentem in lapidibus lego ista. In Piceno:  
 BENEFICIARIVS. TRIBVNI. DEINDE. OPTIO.  
 IN. CENTVRIA. Romæ: CORNELIO. MARCIANO.  
 MILITI. CHORT. XII. VRB. BENEF. TRIBVN.  
 Abiisse in aliud officij nomen videtur, ex Tertul-  
 liano de Fugâ: In matricibus Beneficiorum  
 & Curiosorum inter tabernarios, & lanios, &  
 aleones, & lenones, Christiani quoque vectigales  
 continentur.

## Cap. 49.

Valerius Festus in eâ legatus. Is Pisonem criminatur.

Centurio ad eadem eius missus.

Qui fraude agit.

Piso eum interfecit.

Et plebem coërcet.

Cap. 50. Festus ad eius eadem mittit.

Serui mira fides.

Festus & alios punit.

Ophenses. Leptitani.

Garamantes.

Cap. 51. Vespasiano nuntij de victoria.

di cura. Proconsulum splendidissimus quisque, securitati magis quam potentia confu- A  
lebant. Sed tum legionem in Africâ regebat <sup>79</sup> Valerius Festus, sumtuosa adolescentia,  
neque modica cupiens, sed affinitate Vitellij anxius. Is, crebris sermonibus, tentavitne  
Pisonem ad res novas; an tentanti restiterit, incertum, quoniam secreto eorum nemo  
affuit, & occiso Pifone plerique ad gratiam interfectoris inclinavere. Nec ambigitur,  
prouinciam & militem, alienato erga Vespasianum animo fuisse. & quidam è Vitellia-  
nis vrbe profugi, ostentabant Pifoni nutantes Gallias, paratam Germaniam, pericula  
ipfius, & in pace suspectâ tutius bellum. Inter quæ Claudius Sagitta, <sup>80</sup> præfectus alæ  
Petrinæ, prosperâ nauigatione præuenit Papirium centurionem, à Muciano missum:  
affueratque mandata interficiendi Pifonis, centurioni data. Cecidisse Galerianum,  
consobrinum eius generumque. Vnam in audaciâ spem salutis. Sed duo itinera auden-  
di, seu mallet statim arma, seu petirâ nauibus Galliâ, ducem se Vitellianis exercitibus  
ostenderet. Nihil ad ea moto Pifone, centurio à Muciano missus, vt portum Carthagi-  
nis attigit, magnâ voce, læta Pifoni omnia, tamquam Principi continuare: obuios & B  
subitæ rei miraculo attonitos, vt eadem adstreperent, hortari vulgus credulum, tuere in  
forum, præsentiam Pifonis exposcere. Gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indi-  
gentiâ veri, & adulandi libidine. Pifone indicio Sagittæ, vel insitâ modestiâ, non in pu-  
blicum egressus est, neque se studiis vulgi permisit. Centurionemque percontatus, post-  
quam quæsitum sibi crimen eademque comperit: animaduerti in eum iussit, haut per-  
inde spe vitæ, quam irâ in percussorem, quod idem ex interfectorebus Clodij Macri,  
cruentus legati sanguine manus, ad eadem proconsulis rettulisset. Anxio deinde edicto  
Carthaginensibus increpitis, ne solita quidem munia vsurpabat, clausus intra domum,  
ne qua motus noui causa vel fortè oriretur. Sed vbi Festo consternatio vulgi, centurio-  
nis supplicium, veraque & falsa, more famæ, in maius innotuere; equites in necem Pifonis  
mittit. Illi raptim vecti, obscuro adhuc cæptæ lucis, domum proconsulis irrum-  
punt, districtis gladiis, & magna pars Pifonis ignari: quod Pœnos auxiliares, Maurof-  
que in eam eadem dilegerat. haut procul cubiculo, obuium fortè seruum, quis nam, & C  
vbi esset Pifone? interrogauere. Seruus, egregio mendacio, se Pisonem esse respondit: ac  
statim obruncatur. nec multò post, Pifone interficitur. Namque aderat, qui nosceret, Be-  
bius Massa è procuratoribus Africæ: iam tunc optimo cuique exitiosus, & in causas  
malorum quæ mox tulimus, sæpius rediturus. Festus Adrumeto, vbi speculabundus sub-  
stiterat, ad legionem tendit, præfectumque castrorum Cetronium Pifanum vinciri ius-  
sit, proprias ob similitudines: sed Pifonis satellitem vocabat, militesque & centuriones  
quosdam punit, alios præmiis affecit. neutrum ex merito, sed vt oppressisse bellum cre-  
deretur. <sup>81</sup> Mox Ophensium Leptitanorumque discordias componit, quæ raptu fru-  
gum & pecorum inter agrestes, modicis principiis, iam per arma atque acies exerceban-  
tur. Nam populus Ophensis multitudine inferior, Garamantas exciuerat, gentem indo-  
mitam, & inter accolæ latrociniis secundam. Vnde arta Leptitanis res, lateque vastatis  
agris, intra mœnia trepidabant. donec interuentu cohortium alarumque fusi Gara-  
mantes, & recepta omnis præda, nisi quam vagi per inaccessa mapalium vltioribus  
vendiderant. At Vespasiano post Cremonensem pugnam, & prosperos vndique nun- D  
tios, cecidisse Vitellium multi cuiusque ordinis pari audaciâ fortunaque hibernum ma-  
re ag-

79. VALERIUS FESTVS.] *Plinius lib. III. episto-  
lâ VII. Nuper L. Pifone, pater illius qui à Valerio  
Festo per summum facinus in Africâ occisus est.*

80. PRÆFECTVS ALÆ PETRINÆ.] *In Notitiâ  
Imperij. Præfectus alæ Petrinæ legitur in Britan-  
niâ per Lineam Valli. Vbi Linea Valli, non aliud  
est quam tractus ille ad Vallum à Seucro aliisq; exstru-  
ctum.*

81. MOX OPHENSIVM.] *Rodolphus voluit,  
Ruspensium: sed à coniecturâ. Ophensium quidem  
non alibi mentio in hoc tractu: & putamus rectissime  
emendatum iri, Oënsium. statimque, populus*

Oënsis. Rem tetigi. Te aduoco C. Plini, in meam fi-  
dem & Taciti lucem: Scribis libro v. cap. v. hisipsis  
verbis: Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc  
fuit. Proximo bello quod cum Oënsibus Roma-  
ni gessere, initiis Vespasiani Imperatoris, com-  
pendium viæ quatruidi deprehensum est. Quod  
illud bellum sub initia Vespasiani, nisi istud? Itaque  
Plinio quoque prælucent clarè hæc Corneliæ. Tem-  
pus, situs, nomen, omnia conueniunt: & est hoc illud-  
ipsum celebre opidum, vnde Pudentilla Apuleij, vt  
ipse Apologiâ commemorat. Scripsit & Orationem,  
Pro statuâ sibi Oëæ locandâ.

A re aggressi nuntiauere. Aderant legati regis Vologesi, <sup>82</sup> quadraginta Parthorum equitum millia offerentes. magnificum lætumque tantis sociorum auxiliis ambiri, neque indigere. Gratia Vologeso actæ, mandatumque ut legatos ad senatum mitteret, & pacem esse sciret. Vespasianus in Italiam resque vrbs intentus, aduersam de Domitiano famam accipit: tamquam terminos ætatis, & concessa filio egrederetur. Igitur validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Iudaici belli perpetranda. Titum, antequam digrederetur, multo apud patrem sermone orasse dicebatur, ne criminantium nuntiis temerè accenderetur: integrumque se ac placabilem filio præstaret. *Non legiones, non classes, perinde firma imperij munimenta, quam numerum liberorū. Nam amicos tempore, fortunâ, cupidinibus aliquando, aut erroribus, imminui, transferri, desinere: suum cuique sanguinem indiscretum. sed maximè Principibus: quorum prosperis & alij fruuntur, aduersa ad iunctissimos pertineant. ne fratribus quidem mansuram concordiam, ni pater exemplum præbisset.* Vespasianus haut æquè Domitiano mitigatus, quam Titi pietate gaudens, bono esse animo iubet, belloque & armis rempublicam attollere; sibi pacem domumque curæ fore. Tum celerrimas nauium frumento onustas, sæuo adhuc mari committit. Quippe tanto discrimine vrbs nutabat, ut decem haut amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum à Vespasiano commeatus subuenere. <sup>83</sup> Curam restituendi Capitolij in <sup>84</sup> L. Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres. Ab eo contracti haruspices, monuere, ut reliquiæ prioris delubri in paludes auherentur, templum iisdem vestigiis sisteretur. nolle deos mutari veterem formam. Undecimo Kalendas Iulias, serenâ luce, spatium omne quod templo dicabatur, euinctum vittis coronisque. Ingressi milites, <sup>85</sup> quibus fausta \* nomina, <sup>86</sup> felicibus ramis. dein virgines Vestales, cum pueris puellisque patrimis matrimonisque, <sup>87</sup> aquâ riuus & fontibus amni-

Legati Item à Partho.

Domitianus ei suspectus.

Cap. 52. Mitigat Titus.

Frumentum Romam missum, Quæ periclitabatur à fame.

Cap. 53. Capitolium restitutum.

Quo ritu, quaque cerimonia? \* Vulgò, omnia.

busque

82. QUADRAGINTA PARTHORVM. ] *Nec nimis pro illo rege, & militiâ totius gentis equestri. Idem numerus in Suetonio, cap. VI. Vologesam promississe XL. millia sagittariorum. Non pugnat. nempe equites illi Sagittarij, ut solent, & Hippotoxotæ. Quidam tamen libri in Suetonio XV. M. nec audio.*

83. CURAM RESTITVENDI CAPITOLII CONFERT. ] *Confert in illum iam dictum. Sed adfuit igitur Vespasianus, an absuit? Adfuisse Suetonius fortiter dicit, cap. VIII. Ipse restitutionem Capitolij aggressus, ruderibus purgandis manus admo- uit PRIMVS, ac suo collo quædam extulit. Simile & in Dionis compendio legas. At Taciti verba & narratio aliorum eunt, & omnia sunt, ut Vespasiano absente. Si presens, cur in alium transfert? cur nec nominatur quidem? cur cetera omnia, quæ temporum serie narrantur, illo absente gesta? Ego nihil nisi pugnam manifestam hic video, & libens audiam (paci- D amicus sum) conciliantem.*

84. L. VESTINVM EQVESTRIS ORDINIS. ] *Est ne ille, de quo Oratione pro Gallis Claudius Caesar? Ex quâ Colonia (Viennensi) inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissimè diligo. Ego puto. idq. paullo certius, quam eundem Martiali intellegi, lib. IV. Epigr. XXIX.*

Cum grauis extremas Vestinus duceret horas,  
Et iam per Stygias esset iturus aquas:  
Ultima volentes orauit pensa sorores,  
Ut traherent parua stamina pulla morâ.  
Tum largas partitus opes, à luce recessit:  
Seque mori post hoc credidit ille senem.  
*Nam hic fuerit potius filius eius: qui videtur è clau- sulâ inuenis obiisse.*

85. QVIBVS FAVSTA NOMINA. ] *Non, omnia,*

*ut vulgò. Vaticanus ita iubet, & mos religionis prisca. quibus magna curæ ut in his talibus initiis homines præessent aut interessent bono nomine. id est: è quorum nominibus captari velut augurium aliquod posset prosperitatis & diuturnitatis. Talia sunt, Saluius, Longinus, Statorius, &c. Mala contra, è quibus triste aliquod, infirmum, breue. ut Curtius, Minutius, Furius, Hostilius. Cicero de Diuinat. Cum Imperator exercitum, Censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent eligebantur: quod idem in dilectu Consules obseruant, ut primus miles fiat bono nomine. Plinius: Publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prospera eligimus. Tale vaticinium lenonis illius Plautini, in Lucride:*

Nomen atque omen quantiuis est pretij,  
Mihi quoque Lucridem confido fore te.

*Adi & Festum in Lacus Lucrinus.*

86. FELICIBVS RAMIS. ] *Id est, è felici arbore (dis gratâ, interpretatur Macrobius) decerptus. Ammianus in religione simili, libro XXIX. Linteis quidam indumentis amictus, torulo capite circumflexo, verbenas felicitis arboris gestans. Huic vsui maximè Laurus. Linius lib. XL. Omnes coronati & lauream in manu tenentes supplicauerunt. Suidas: Αἰσακος, ὁ κλάδος τοῦ δάφνης, ὃν κατέχοντες ὁ μὲν τὰς θεάς: Aisacus. ramus lauri, quem manu tenentes deos celebrabant.*

87. AQUA PERLVERE. ] *Sollenni & vsitatâ lustratione: publicè priuatimq. receptâ. Tertullianus de Baptismo: Ceterum villas, domos, templa, totasque vrbes aspergine circumlatæ aquæ expiant passim. Huic rei & περιρρανθήρια vasa in templis, aquâ lustrali plena, quâ sacerdotes aut aditui intrantes aspergerent, aut etiam ipsi sese. Sozomenus.*

Quâ prece?

\* Lego, suo-  
uctaurilibusAurum &  
argentum  
rude inieci.Altius id  
extructum.  
Cap. 54.  
In Germa-  
niâ aciores  
turba.Et arreffi  
hostes, ob in-  
cendium Cap-  
itolij.

Cap. 55.

Fœdus Ciui-  
li cum qui-  
busdam Gal-  
lis.Cum Treue-  
ris primo.

busque haustâ perluere. Tum Heluidius Priscus prætor, præeunte <sup>88</sup> Plauto Eliano A pontifice, <sup>89</sup> lustratâ boue taurisque arâ, & super cespitem redditis extis, Iouem, Iuno- nem, Mineruam, præfidesque imperij deos precatus uti cœpta prosperarent, sedesque suas pietate hominum inchoatas, diuinâ ope attollerent; vittas quibus ligatus lapis innoxique funes erant, contigit. Simul ceteri magistratus, & sacerdotes, & senatus, & eques, & magna pars populi, studio lætitiæque connixi, saxum ingens traxere: passimque inie- ctæ fundamentis argenti aurique stipes, & metallorum primitiæ, nullis fornacibus vi- ctæ, sed ut gignuntur. Prædixere haruspices, ne temeraretur opus saxo aurove in aliud destinato. Altitudo ædibus adiecta. Id solum religio annuere, & prioris templi magni- ficentiæ defuisse creditum, quo tanta vis hominum retinenda erat. Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellij, duplicauerat bellum. Nam Ciuilis omisâ dissimu- latione, in populum Romanum ruere: Vitellianæ legiones externum seruitium, quàm Imperatorem Vespasianum malle. Galli sustulerant animos, eandem ubique exerci- tum nostrorum fortunam rati. vulgato rumore, à Sarmatis Dacisque Mœsica ac Pan- nonica hiberna circumfideri, paria de Britannia fingebantur. Sed nihil æquè, quàm in- cendium Capitolij, ut finem imperij adesse crederetur, impulerat. Captam olim à Gal- lis urbem; sed integrâ Iouis sede mansisse imperium. Fatali nunc igne, signum cælestis iræ datum. & possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi, super- stitione vanâ Druidæ canebant. Incesseratque fama, primores Galliarum ab Othone aduersus Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse, ne deessent libertati, si populum Romanum continua bellorum ciuiliū series & interna mala fregissent. An- te Flacci Hordeonij cædem, nihil prorupit, quo coniuratio intelligeretur. Interfecto Hordeonio, comœuere nuntij inter Ciuilem Classicumque præfectum alæ Treuero- rum. Classicus, nobilitate opibusque, <sup>90</sup> anteibat alios. Regium illi genus, & pace belloque clara origo. Ipse, è maioribus suis, <sup>91</sup> hostis populi Rom. quàm socius iacta- bat. Miscuere sese Iulius Tutor, & Iulius Sabinus, hic Treuir, hic Lingon. Tutor, ripæ Rheni à Vitellio præfectus: Sabinus, super insitam vanitatem, falsæ stirpis gloriâ in- cen-

Θαλλίος τις διαβρόχας κατέχων ὁ ἱερεὺς, ὅμοια ἑλλωκῶ περιέτριψε τῆς εἰσιόντας: Ramos quos- dam madidatos sacerdos tenens, aspergebat ritu Græcorum siue Gentilium, intrantes. Ouidius:

Vdaque roales laurea misit aquas.

Insignem ad hanc abluionem locum abluo, Aconij In Diuinationem: Alij delubra dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum mortuorum, ut Dodonæi Iouis aut Apollinis Delphi- ci, in quorum delubris lebetes tripodesque visun- tur. Fallor, aut τὸ mortuorum, ab inepto glossogra- pho est: nec aliunde Delubra deriuari vult, quàm ab istâ in templorum vasis aquâ ad deluendum.

88. PLAVTO ELIANO. ] Vatic. Barbarè vulgò, Eliatius.

89. LVSTRATA BOVE TAVRISQUE. ] Vera di- etio, Suouetaurilibus. Præit Vatic. in quo, boue- taurilibus: & Couarruue, qui, bouetauribus. Sci- licet præfisci in lustrationibus aut piamenti hoc sacrifi- cij genus adhibebant, sollenni ritu. Linius libro IX. Telo potiri hostem fas non est: si potiat, Marti Suouetaurilibus piaculum fieri. Tacitus v. Annal. Sacrificantibus, cum hic more Romano Suoue- taurilia daret, ille equum placando amni. Cato de re Rustic. Cum Diuis volentibus, quodque benè eueniat, mando tibi Mani, uti illace Suouetauri- lia, fundum, agrum, terramque meam, quotâ ex parte circumferenda censeas, uti cures lustrare. Quæ victima in hoc sacro, etsi vox indicat, clarè etiam Varro lib. II. De re Rust. Populus Romanus

cum lustratur Suouetaurilibus; circum aguntur verres, aries, taurus. Et Quintilianus: Nam Suo- uetaurilia iam persuasum est esse ex sue, oue, & tauro. Solitaurilia hæc etiam dicta, docebit te Festus. nec abeunt à Græcorum veteri sacro, quod illi τει- τὸν dicebant. de quo Eustathius, aliq.

90. ANTEIBAT ALIOS. ] Breuius & verius Va- tic. & Couarruue, ante alios. Sic libro v. Histor. Templum in modum arcis, propriæque muri la- bore & opere ante alios. Lib. I. Annal. Cn. Len- tulus ante alios ætate & gloriâ belli.

91. HOSTIS POPVLI ROMANI, QVAM SOCIVS IACTABAT. ] Sic restitui. Transmarinum & elegans dicendi genus est, iactat esse socius: quod plebs dixerit, D iactat se socium esse. Homerus:

Ἐπιτορὸς Διὸς εἶχετ' Ἐπειθὲνος παῖς, εἶναι: & ceterò Græci: quos sæpè & vulgò imitati Latini, sed locis hodie ferè corruptis. Plantus Asinariâ:

Argenti viginti minæ me modò ad mortem appulerunt,

Quas hodie adolescens Diabolus ipsi daturus dixit.

Ita enim consensu manuscripti. sicut & illo Bacchi- dibus:

Eia, nunc esse ego opinor Hercules, tu autem Linus.

Apuleium eo exemplo scripsisse censeam libro VII. Summos illi promitterent honores habituri mi- hi. nec mutem. Virgilius:

— fenfit medios delapsus in hostes.

A cendebatur, proauiam suam diuo Iulio per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuisse. His secretis sermonibus animos ceterorum scrutari. vbi, quos idoneos rebantur, conscientiam obstrinxere; in coloniã Agrippinensi, in domum priuatam conueniunt. nam publicè, ciuitas talibus inceptis abhorrebat. Attamen interfuere quidam Vbi-  
rum, Tungrorumque. Sed plurima vis penes Treueros, ac Lingonas. Nec tulere moras consultandi. certatim proclamant, *Furere discordiis populum Rom. casas legiones, vastatam Italiam, capi cum maximè urbem, omnes exercitus suis quemque bellis distineri. si alpes præsidis firmentur: coalitã libertate, dispecturas Gallias, quem virium suarum terminum velint.*

*Qui in Vbiis consultant. Deficiunt à Romanis.*

Hæc dicta pariter, probataque. de reliquiis Vitelliani exercitus dubitauere. Plerique interficiendos censebant, turbidos, infidos, sanguine ducum pollutos. Vicit ratio parcendi: ne sublatã spe veniæ, pertinaciã accenderentur. Alliciendos potiùs in societatem. legatis tantùm legionum interfectis, ceterum vulgus conscientiam scelerum, & spe impunitatis, facilè accessurum. Ea primi concilij forma. missique per Gallias concitatores belli.

Cap. 56.  
*De legionibus deliberrant.*

B Simulatum ipsis obsequium, quò incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere qui Voculæ nuntiarent. Sed vires ad coercendum deerant, infrequentibus infidique legionibus. Inter ambiguos milites, & occultos hostes, optimum è præsentibus ratus, mutuã dissimulatione, & iisdem quibus petebatur artibus grassari, in Coloniã Agrippinensem descendit. Illuc Claudius Labeo, quem captum & extra conuentum amandatum in Fefios diximus, corruptis custodibus perfugit. pollicitusque, si præsidium daretur, iturum in Batauos, & potiorem ciuitatis partem ad societatem Romanam retracturum: acceptã peditum equitumque modicã manu, nihil apud Batauos ausus, quosdam Neruorum Bethasiorumque in arma traxit. Et furtim magis, quàm bello, Caninefates Marsacosque incurabat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad hostem contendit. Nec procul Veteribus aberat. cum Classicus & Tutor per speciem explorandi prægressi, cum ducibus Germanorum pacta firmauerunt. Tumque primùm discreti à legionibus, proprio vallo castra sua circumdant, obestante Voculã, *Non adeò turbatam ciuilibus armis rem Romanam, ut Treueris etiam Lingombusque despectui sit. Superesse fidas prouincias, victores exercitus, fortunam imperij, & ultores deos. Sic olim, Sacrouirum & Eduos; nuper, Vindicem Galliasque singulis præliis concidisse. Eadem rursus numina, eadem fata, ruptores fœderum exspectarent. Melius diuo Iulio, diuoque Augusto notos eorum animos. Galbam, & infracta tributa, hostiles spiritus induisse. Nunc hostes, quia molle seruitium: cum spoliati exuti que fuerint, amicos fore. Hæc ferociter locutus, postquam perstare in perfidiã Classicum Tutoremque videt; verso itinere, Nouesium concedit. Galli, duum millium spatio distantibus campis, confedere. Illuc comitantium centurionum militumque emebantur animi: ut (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba iurarent, pignusque tanti sceleris, nece aut vinculis legatorum daretur. Vocula, quamquam plerique fugam suadebant, audendum ratus, vocatã concione, in hunc modum disseruit: Numquam apud vos verba feci, aut pro vobis sollicitior, aut pro me securior. Nam mihi exitium parari, libens audio: mortemque in tot malis hostium ut finem miseriarum exspecto. Vestri me pudet miseretque, aduersus quos non prælium & acies parantur. id enim fas armorum, & ius hostium. bellum cum populo Romano vestris se manibus gesturum, Classicus sperat: imperiumque & sacramentum Galliarum ostentat. Adeò nos, si fortuna in præsens virtusque deseruit, etiam vetera exempla deficiunt. quoties Romanæ legiones perire præoptauerunt, ne loco pellerentur? socij sepè nostri, excindi vrbes suas, seque cum coniugibus ac liberis cremari pertulerunt. neque aliud pretium exitus, quàm fides fama que. Tolerant cum maximè inopiam obsidiumque*

*Ad reliquos Gallos mittunt: Vocula resecit, nec punire audeat.*

*Claudius Labeo liquit pro Romanis tentat.*

Cap. 57.  
*Treueri & Lingones palam deficiunt. Vocula increpat.*

*Et Nouesium abijt.*

*Galli Romanos in os ad se alliciunt.*

Cap. 58.  
*Vocula dehortari conatur.*

92. EXTRA CONVENTVM.] Accipio, conuentum Socialem. eiectum ab iis omnibus, qui arma in Romanos iunxissent. Si tamen pura est lectio. nam libri quidam, commentum habent, Florentinus comitum. Nihil melius elicio.

93. NON ADEO TURBATAM.] Similem & è Romano pectore vocem, emisit ille

Stilico apud Claudianum, De bello Getico:

Non ita Romanum Fati violentia nomen

Obruit, ut vestros nequeat punire tumultus.

94. IN TOT MALIS HOSTIVM.]

Haud planè damno. Quid si tamen faciamus,

portum & finem? Quid si in tot malis honestam?

diuimque apud Vetera legiones, nec terrore aut promissis demouentur. Nobis, super arma & vi- A  
ros, & egregia castrorum munimenta, frumentum & commeatus quamuis longo bello pares.  
Pecunia nuper etiam<sup>95</sup> donatiuo sufficit: quod siue à Vespasiano, siue à Vitellio datum interpre-  
tari mauultis, ab Imperatore certè Romano accepistis. Tot bellorum victores, apud Geldubam,  
apud Vetera, fuso toties hoste, si pauetis aciem, indignum id quidem. Sed est vallum muriq̄ue, &  
trahendi artes, donec è proximis provinciis auxilia exercitusq̄ue concurrant. Sanè ego displiceam.  
Sunt alij legati, tribuni, centurio denique, aut miles. ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulge-  
tur, vobis satellitibus, Ciuilem & Classicum Italiam inuasuros. An si ad mœnia Urbis Germani  
Galli que duxerint, arma patrie inferetis? Horret animus tanti flagitij imagine. Tutori Treuero  
agentur excubiæ? Signum belli Batauus dabit? & Germanorum cateruas supplebitis? quis de-  
inde sceleris exitus? cum Romanæ legiones contra direxerint: transfuga è transfugis, & pro-  
ditores è proditoribus, inter recens & vetus sacramentum inuisi deis errabitis? Te Iupiter op-  
time maxime, quem per octingentos viginti annos, tot triumphis coluimus; te Quirine Romanæ  
parens Urbis, precor venerorq̄ue, ut<sup>96</sup> si vobis non fuit cordi, me duce hæc castra incorrupta & B  
intemerata seruari: at certè pollui fœdariq̄ue à Tutore & Classico, ne sinatis. Militibus Romanis,  
aut innocentiam detis; aut maturam, & sine noxâ pœnitentiam. Variè excepta oratio inter  
spem metumq̄ue ac pudorem. Digressum Voculam, & de supremis agitantiem, liberti  
feruiq̄ue prohibuere fœdissimam mortem sponte præuenire. Et Classicus, misso Æmi-  
lio Longino desertore primæ legionis, cædem eius maturauit. Herennium & Numi-  
fium legatos vinciri, satis visum. Dein sumtis Romani imperij insignibus, in castra ve-  
nit. Nec illi, quamquam ad omne facinus durato, verba vltra suppeditauere, quàm vt  
sacramentum recitaret. Iurauere qui aderant, pro imperio Galliarum. Interfectorem  
Voculæ, altis ordinibus; ceteros, vt quisque flagitium nauauerat, præmiis attollit. Diui-  
sæ inde inter Tutorem & Classicum curæ. Tutor, validâ manu circumdatos Agrippi-  
nenses, quantumq̄ue militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit.  
Occisis Magontiaci tribunis, pulso castrorum præfecto, qui detrauerant, Classicus  
corruptissimum quemque è deditis pergere ad obsestos iubet, veniam ostentantes si præ- C  
sentia sequerentur. aliter, nihil spei. Famem, ferrumq̄ue, & extrema passuros. Adiecere  
qui missi erant, exemplum suum. Obsestos hinc fides, inde egestas, inter decus ac flagi-  
tium distrahebant. Contantibus solita insolitaq̄ue alimenta deerant; absuntis iumen-  
tis equisq̄ue, & ceteris animalibus, quæ profana fœdaq̄ue in vsum necessitas vertit. Vir-  
gulta postremò & stirpes & internatas faxis herbas vellentes, miseriarum patientiæq̄ue  
documentum fuere: donec egregiam laudem sine turpi macularent, missis ad Ciuilem  
legatis vitam orantes. Neque antè preces admittæ, quàm in verba Galliarum iurarent.  
Tum pactus prædam castrorum, dat custodes, qui pecuniam, calones, sarcinas retenta-  
rent, ac qui ipsos leues abeuntes prosequerentur. Ad quintum ferè lapidem coorti Ger-  
mani, incautum agmen aggrediuntur. Pugnacissimus quisque in vestigio; multi, pa-  
lantes occubere. Ceteri retrò in castra profugiunt, querente sanè Ciuile & increpante  
Germanos, tamquam fidem per scelus abrumperent. Simulata ea fuerint, an retinere  
sæuientes nequiverit, parum affirmatur. Direptis castris, faces iniiciunt. Cunctosq̄ue  
qui prælio superfuerant, incendium hausit. <sup>97</sup> Ciuilis, barbaro voto, post cœpta aduer- D  
sus Romanos arma, propexum rutilatumq̄ue crinem, patratâ demum cæde legionum,  
depo-

Cap. 59.  
Nec proficit  
multum.  
Classici ope-  
râ occiditur.  
Legati alij  
vinciuntur.

Romani Gal-  
lis iurant.

Tutor A-  
grippinenses  
eodem adigit.

Obsesti in  
Vetoribus  
solicitantur.

Cap. 60.  
Quos famas  
premit:

Et ad pactio-  
nem perpel-  
lit.

Abeuntes  
Germani  
præter fas  
cadunt.

Cap. 61.  
Ciuilis cri-  
nem ponit,  
voti dam-  
nas.

95. DONATIVO SUFFICIT.] Imò, sufficit. Nu-  
per enim donatiuum acceperant. Suprà.

96. SI VOBIS NON FUIT CORDI.] Imitatum  
clarè è Liiuo: Vos di immortales precor quæso-  
q̄ue, si vobis non fuit cordi Sp. Postumium cum  
Samnitibus bellum gerere. Tacitus infra: Id for-  
tasse cordi diis, & diuino ministerio Principem  
electum. Nec quidquam hinc scrupi aut nodi. Rhen-  
anus tamen ait in Budensi, rō cordi, non legi: ex quo  
ille iuratus emendat, si vobis non fuit. id est, licuit,  
inquit, more Græco. Benè Beate manibus tuis sit. nam

periuria hæc litteratorum, pariter ac amantium, vt  
spero, venti auferunt.

97. CIVILIS, BARBARO VOTO.] Patrium & so-  
lenne Germanis hoc votum. Tacitus de moribus eius  
gentis: Aliis Germanorum populis vsurpatum,  
rarâ & priuatâ cuiusque audentiâ, apud Catos  
in consensum vertit, crinem barbamq̄ue sum-  
mittere, nec nisi hoste cæso exuere votium obli-  
gatumq̄ue virtuti oris habitum. Mansit inferiore  
año. & lego apud Diaconum III. de Gestis Longo-  
bard. cap. III. Sex millia Saxonum, quæ bello  
super-

A deposuit. & ferebatur paruulo filio, quosdam captiuorum, sagittis iaculisque puerilibus figendos, obtulisse. Ceterum neque se, neque quemquam Batauum, in verba Galliarum adegit: fesus Germanorum opibus, & si certandum aduersus Gallos de possessione rerum foret, inclutus famâ, & potior. Mumius Lupercus legatus legionis, inter dona missus Velledæ. Ea virgo nationis Bructeræ, latè imperitabat: vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur deas. Tuncque Velledæ auctoritas adoleuit. nam prosperas Germanis res, & excidium legionum prædixerat. Sed Lupercus, in itinere interfectus. Pauci centurionum tribunorumque in Galliâ geniti, referuantur, pignus societatis. Cohortium, alarum, legionum, hiberna, subuerſa cremataque: iis tantum relictis, quæ Magontiaci, ac Vindoniſſæ ſita ſunt. Legio XIII. cum auxiliis ſimul deditis, à Noueſio in coloniã Treuerorum tranſgredi iubetur, præſinitâ die intra quam caſtris excederet. Medium omne tempus, per varias curas egere. ignauiffimus quiſque, cæſorum apud Vetera exemplo, pauentes; melior pars, rubore & infamiâ, quale illud iter, quis dux viæ, & omnia in arbitrio eorum, quos vitæ neciſque dominos feciſſent. Alij, nullâ dedecoris curâ, pecuniam, aut cariffima ſibimetipſi circumdare: quidam expedire arma, telisque tamquam in aciem accingi. 98 Hæc meditantibus, aduenit proficiſcendi hora, exſpectatione triſtior. Quippe intra vallum, deformitas haut perinde notabilis: detexit ignominiam campus, & dies. Reuulſæ imperatorum imagines, 99 innexa ſigna, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis, ſilens agmen, & velut longæ exſequiæ. Dux Claudius Sanctus effoſſo oculo, dirus ore, ingenio debilior. Duplicatur flagitium, poſtquam, deſertis Bonnenſibus caſtris, altera ſe legio miſcuerat. Et vulgatâ captarum legionum famâ, cuncti qui paullo antè Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisque, & vndique effuſi, inſolito ſpectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Picentina gaudium inſultantis vulgi. ſpretisque Sancti promiſſis, aut minis, Magontiacum abeunt: ac fortè obuiio interfectore Vocolæ Longino, coniectis in eum telis, initium exſoluendæ in poſterum

Sæuitia eius.

Vell-de vir-  
ginis aucte-  
rias.  
Caſtra Ro-  
mana euerſa.Cap. 62.  
Legio qua  
Noueſij,  
caſit:Turpi &  
triſti agmi-  
ne.Claudius  
Sanctus di-  
cis.Illudicet à  
vulgo.  
Ala vna  
abit, & ſe  
vindicat.

B culpæ fecere. Legiones nihil mutato itinere, ante mœnia Treuerorum conſidunt. Ciui-  
lis & Clauſicus rebus ſecundis ſublatis, an Coloniã Agrippinenſem diripiendam exer-  
citibus ſuis permitterent, dubitauerunt. Sæuitiâ \* ingenitâ & cupidine prædæ, ad excidium  
ciuitatis trahebantur. obſtabat ratio belli, & nouum imperium inchoantibus vtilis  
clementiæ fama. Ciuilem etiam beneficij memoria flexit; quòd filium eius primo re-  
rum motu in Coloniã Agrippinenſi deprehenſum, honoratè cuſtodierant. Sed Tranſ-  
rhenanis gentibus inuiſa ciuitas, opulentiâ auctuque. Neque alium finem belli reban-  
tur, quàm ſi promiſcua ea ſedes omnibus Germanis foret: aut diſiecta, Vbios quoque  
diſperſiſſet. Igitur Tencteri, Rheno diſcreta gens, miſſis legatis, mandata apud conci-  
lium Agrippinenſium edi iubent. quæ, ferociſſimus è legatis, in hunc modum protulit:

Cap. 63.

Agrippinen-  
ſis Colonia  
in ancipi-  
\* Ex Vac.  
ſeribo, in-  
genij  
Sed ſatum  
eam ſeruat:  
Germanis  
valde inui-  
ſis.

Cap. 64.

Equis Ten-  
cteri Vbios  
adeunt.  
Horridè af-  
ſantur.

D Rediſſe vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus deis, ſed præcipuo deorum Marti grates  
agimus: vobisque gratulamur, quòd tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem, flumi-  
na ac terras, & calum quodammodo ipſum, clauſerant Romani: vt colloquia congreſſusque no-  
ſtros arcerent: vel, quòd contumelioſius eſt, viris ad arma natis, inermes ac propè nudi, ſub cuſto-  
de & pretio coiremus. Sed vt amicitia ſocietasque noſtra in æternum rata ſint: poſtulamur à  
vobis, muros coloniæ, munimenta ſeruitij, detrahatis, etiam fera animalia, ſi clauſa teneas, virtu-  
tis obliuiſcuntur. Romanos omnes, in ſinibus veſtris, trucidetis. haut facile libertas, & domini  
miſcentur. Bona interfectorum, in medium cedant: ne quis oculere quidquam, aut ſegregare  
cauſſam

ſuperfuerant, deuouerunt ſe neque barbam ne-  
que capillos rufos, niſi ſe de Suenis hoſtibus vl-  
ciſcerentur. Pulchrè igitur & decorè Silius Sarmenii  
Gallo hoc affingit IV. Punit.

Occumbit Sarmens, flauam qui ponete victor  
Cæſariem crinemque tibi Gradiue vouebat.

Quin & Romani uſurparunt interdum, vt Iulius  
Cæſar. de quo Suetonius, cap. LXVII. Diligebat quo-  
que milites vſque adeo, vt auditâ clade Titurianâ,

barbam capillumque ſubmiſerit, nec antè dem-  
pſerit, quàm vindicaſſet.

98. HÆC MEDITANTIBVS. ] Quis neget à Li-  
niano exemplari eſſe? qui in deditioe illâ turpi ad  
Furculas: Hæc frementibus, inquit, hora fatalis  
ignominie aduenit, omnia triſtiora experiundo  
factura.

99. INNEXA SIGNA. ] Budenſis codex, in  
hora ſigna. Roman. in ora. Diuinabam olim, inuerſa  
m 4 ſigna.



causam suam possit. Liceat nobis vobisque utramque ripam colere, ut olim maioribus nostris. A  
 100 quomodo lucem noctemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit.

\* Vulgò, ve-  
 ctigalibus,

Cap. 65.

vbiy ambiguè  
 & callidè  
 respondent.

Instituta cultumque patrium resumite, 101 abruptis\* voluptatibus quibus Romani plus aduersus  
 subiectos, quam armis valent. sincerus & integer, & seruitutis oblitus populus, aut ex equo a-  
 getis, aut aliis imperitabitis. Agrippinenses, sumto consultandi spatio, quando neque subi-  
 re conditiones metus futuri, neque palam aspernari conditio præsens sinebat, in hunc  
 modum respondent: Quæ primâ libertatis facultas data est, auidius quam cautiùs sumsimus,  
 ut vobis ceterisque Germanis consanguineis nostris iungeremur. Muros ciuitatis, congregantibus  
 se cum maximè Romanorum exercitibus, augere nobis, quam diruere tutius est. Si qui ex Italia  
 aut provinciis alienigenæ in finibus nostris fuerant, eos bellum absumsit: vel in suas quisque sedes  
 refugere. 102 Eductis olim, & nobiscum per connubium sociatis, qui que mox prouenere, hæc patria  
 est. Nec vos ad eò iniquos existimamus, ut interfici à nobis parentes, fratres, liberos nostros velitis.  
 Vectigal & onera commerciorum, resoluimus. Sint transiùs incustoditi, sed diurni & inermes:  
 donec noua & recentia iura, 103 in vetustatem consuetudine vertantur. Arbitrum habebimus Ci- B  
 uilem & Velledam, apud quos pacta sancientur. Sic lenius Tencteris, legati ad Ciuilem & Vel-  
 ledam missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetrare. Sed coram  
 adire, alloqui que Velledam, negatum. Arcebantur aspectu, quò venerationis plus inesset.

Velleda au-  
 thoritas:  
 Eiusq; fasti-  
 dium.

Cap. 66.

Labeo oppo-  
 nit se Ciuili.

Sed vincitur.

104 Ipsa edita in turre. dilectus è propinquis, consulta responsaque, ut internuntius numi-  
 nis, portabat. Ciuilis societate Agrippinensium auctus, proximas ciuitates affectare, aut  
 aduersantibus bellum inferre statuit. Occupatis que Sunicis, & iuuentute eorum per co-  
 hortis composita: quominus vltra pergeret, Claudius Labeo Bethasiorum Tungrorum que  
 & Neruorum tumultuariâ manu restitit. fretus loco, quia pontem Mosæ fluminis ante-  
 ceperat. Pugnabatur que in angustiis ambiguè, donec Germani tranantes, terga Labeonis  
 inuasere. Simul Ciuilis, ausus, an ex composito, intulit se agmini Tungrorum, & clarâ  
 voce, Non id eò, inquit, bellum sumsimus, ut Bataui & Treueri gentibus imperent. Procul hæc à  
 nobis arrogancia, accipite societatem. transgredior ad vos, 105 seu me ducem, seu militem mauul-  
 tis. Mouebatur vulgus, condebant que gladios, cum Campanus, ac Iuuenalis, ex primo- C  
 ribus Tungrorum, vniuersam ei gentem dedidère. Labeo, antequam circumueniretur,  
 profugit. Ciuilis Bethasios quoque ac Neruios in fidem acceptos, copiis suis adiunxit:  
 ingens rerum, perculsis ciuitatum animis, vel spontè inclinantibus. Interea 106 Iulius  
 Sabinus,

Tungri de-  
 duntur,  
 Bethasij, &  
 Neruij.  
 Cap. 67.

signa. quod ignominie fuit, & victos se fatentium.  
 Spartianus in Seuero: In palatium eodem habitu  
 perrexit, prælatis signis quæ prætorianis ademe-  
 rat, supinis non erectis. Idem usurpatum in dolore.  
 Tacitus III. Annal. Præcedebant incompta signa,  
 versi fasces. Pedit Albinouanus ad Liuiam:

Quos primùm vidi fasces, in funere vidi,  
 Sed vidi versos indicium que mali.

At nunc putem commodiùs legi, inhonora signa.  
 id est, squallida, non vncta, non niuidata: quæ opponit  
 fulgentibus Gallorum vexillis: aut potiùs retineri  
 illud innexa, cum explicatione, Signa innexa, id est,  
 sine nexu, & nuda fuisse. Nam solent imagines Prin-  
 cipum, clypei, etiam corona, & talia innecti.

100. QVOMODO LUCEM NOCTEMQUE. ] Per-  
 spicue, rectum. atque ita in Vatic. Vulgò, lucem diem-  
 que, quasi ea differant.

101. ABRVPTIS VOLVPTATIBVS, QVIBVS. ]  
 Ambigua lectio. Quam posui, libri firmant, nec ra-  
 tio impugnat. Verè enim inter Romanas artes fuit,  
 ad homines in imperio retinendos, mollire vires eo-  
 rum, & per delicias amœnasq; voluptates frangere.  
 Tacitus in Agricola: Sequens hiems saluberrimis  
 consiliis absumpta, ut homines dispersi ac rudes,  
 eo que bello faciles, quieti & otio per voluptates  
 assuescerent. Et paullo post: Paulatim que disces-

sum ad delinimenta vitiorum, porticus, & bal-  
 nea, & conuiuiorum elegantiam, id que apud im-  
 peritos humanitas vocabatur, cum pars seruitutis  
 esset. At veteres tamen editiones, abruptis vectigali-  
 bus. quod stabiliri prorsus responso Vbiorum videtur,  
 ad hanc orationis partem: Vectigal & onera com-  
 merciorum resoluimus.

102. EDVCTIS OLIM. ] Scribe, deductis olim.  
 colonos veteres intellegit.

103. IN VETVSTATEM CONSVETVDINE. ] Ap-  
 tius & concinnius visum, quam illud tritum, vetu-  
 statem & consuetudinem. Quod autem posui, in D  
 Farnesiano est.

104. IPSA EDITA IN TVRRE. ] Romana edit.  
 & Rodolphus: ipsa adyta intrare, dilectus è prop.  
 Quam lectionem haud temerè spernendum. Ut de fa-  
 tidico numine quopiam loquitur: cui rei apta hæc  
 Adytorum vox. Vulgata nihilo secius valde probo.

105. SEV ME DVCEM. ] Insidiosâ modestiâ di-  
 ctum: ut à Sallustij Catilinâ: Vel imperatore, vel  
 milite me vtimini.

106. IVLIVS SABINVS. ] Alius ab isto, qui Seneca  
 patri nominatur lib. IX. Controu. IV. in quo corruptè  
 legas, Et ab Iulio, & à Sabino. Scio iunctim fuisse,  
 ab Iulio Sabino, qui Gallis præfuit sub Caio: patèrne  
 huius? Dionem vide, lib. vltimo.

A Sabinus, <sup>107</sup> proiectis foederis Romani monumentis, Caesarem se salutari iubet: magnamque & inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam ciuitatem & nobis fidam. Nec Sequani detractauerunt certamen. Fortuna melioribus affuit. <sup>108</sup> Fusi Lingones. Sabinus festinatum temerè proelium, pari formidine deseruit. Utque famam exitij sui faceret, villam in quam perfugerat, cremauit. illuc voluntaria morte interiisse creditus. Sed quibus artibus latebrisque, vitam per nouem mox annos traduxerit, simul amicorum eius constantiam, & <sup>109</sup> insigne <sup>110</sup> Epponinae uxoris exemplum, suo loco reddemus. Sequanorum prospera acie, belli impetus stetit. Respicere paullatim ciuitates, fasque & foedera respicere, principibus Remis: qui per Gallias edixere, ut missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret. At Romae cuncta in deterius audita Mucianum angebant. <sup>111</sup> Nequaquam egregij duces, iam enim Gallum Annum & <sup>112</sup> Petilium Cerialem dilegerat, summam belli parum tolerare. Nec relinquenda vrbs, sine rectore. & Domitiani indomitae libidines timebantur: suspectis, uti diximus, Primo Antonio, Varroque Arrio. Varus praetorianis praepositus, vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulsus loco, ne sine solatio ageret, annonae praefecit. Utque Domitiani animum, Varo haut alienum, deliniret: Arretinum Clementem, domui Vespasiani per affinitatem innexum, & gratissimum Domitiano, praetorianis praeposuit, patrem eius sub Caio Caesare egregie functum eam cura dictitans. Latum militibus idem nomen. atque ipsum <sup>113</sup> quamquam senatorij ordinis ad utraque munia sufficere. Assumuntur e ciuitate clarissimus quisque, & alij per ambitionem. Simul Domitianus Mucianusque accingebantur, dispari animo. ille, spe ac iuuentu properus; hic, moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia aetatis, & prauis impulsoribus si exercitum inuasisset, paci belloque male consulere. Legiones victrices, VI. & XVIII. Vitellianarum vnae vicefima, e recens conscriptis secunda, Peninis Coetianisque alpibus, pars monte Graio, traducuntur: quartadecima legio e Britannia, <sup>114</sup> tertia ac prima ex Hispania accitata. Igitur venientis exercitus fama, & suo opte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum ciuitates, in Remos conuenere. Treuerorum legatio

Sabini uaditas, qui Caesarem se facit.  
Sequanos inuadit:

Fugit, laet.

Concilium Galliarum super summa rei.  
Cap. 68.

Varo praefectura Praetoria adempta:

Clementi data.

Domitianus una cum Muciano ad bellum expediunt.  
Legiones contrahunt.

Remis deliberant Galli.

107. PROIECTIS FOEDERIS ROMANI.] *Aut nihil, aut nimis, in hoc loco video. Quale istud est, proicere monumenta foederis? pingue & insulsum. Aliorsum emendatione traxerim: prolectus Romani generis monumentis. Sabinus, inquit, inuitatus & inductus stirpis suae origine, Caesarem se appellat. Quid mirum? ecce supra scriptum: Sabinus falsae stirpis gloria incendebatur. Proauiam suam, \* D. Iulio per Gallias bellanti, corpore & adulterio plauisse. Possis eodem sensu: prolatis R. generis.*

108. FUSI LINGONES.] *Tangit hoc bellum, quod in Iohanne Sarisberienese legitur lib. v. cap. vii. Auspiciis Imperatoris Caesaris Domitiani Germanico bello, quod Iulius Ciuilis in Gallia mouerat, Lingonum opulentissima ciuitas quae ad Ciuilem descuerat, cum aduenientem ab exercitu Caesaris populationem timeret, quod praeter spem inuiolata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta, septuaginta millia armatorum tradidit ei. Quae totidem verbis apud Frontinum libro IV. Stratagematon.*

109. INSIGNE EPPONINAE.] *Verè insigne & rarum, plenumque fidei in sexu infido. Non est in libris qui exstant. Seruauit enim Tacitus in ultimum Vespasiani annum, cum & Iulius hic Sabinus (qui gloriabatur a Caesare genus ducere) & ista ipsa Epponina interfecti. Tota historia dignissima lectu, apud Plutarchum diffusè est in Erotico extremo. Aliquid & Dionis compendium, in Vespasiano.*

110. EPPONINAE.] *At Plutarchus Epponam*

*scribit, & id nomen Gallis Heroinam signare addit: ἢν δὲ γυναικῶν, inquit, πρῶτον ἀείψω ἡγεμόνος, ἢν ἐνεὶ μὲν Ἐμπροσθεν ἐνάδων, ἐλλωιστὶ δὲ ἀντὶς ἡρωῖδα ἀεγσαγορεύσειεν.*

111. NEQAQVAM EGREGII.] *Mercero accedone, quanquam egregij duces (iam enim Gallum Annum & Petilium Cerialem dilegerat) summam belli parum tolerarent.*

112. PETILIVM CERIALEM DILEGERAT.] *Imò ex Iosepho, proprie non dilegerat ipse, aut Vespasianus: sed casu & bona sorte, Petilius Consul creatus a Vespasiano, in Britanniam missus erat. Illi vero audita hac rebellione, opportunè superuenit, & hostes vicit. vide Ioseph. lib. vii. cap. xxiii.*

113. QVAMQVAM SENATORII ORDINIS.] *Suetonium igitur culpa quis purgat, scribentem Titum primum e Senatoris praetorio praefectum? In Tito, cap. vi. Praefecturam quoque Praetorij suscepit, numquam ad id tempus nisi ab equite Romano administratam. Occultè adsentitur Plinius Praefatione operis: Dum illud patri pariter & equestri ordini praestas, Praefectus praetorio eius. Tamen noster palam adfirmat Clementem hunc Arretinum, & Praefectum & Senatorem fuisse. Adde quae notantur ad lib. iv. supra.*

114. TERTIA AC PRIMA.] *Sauillus legit: Sexta ac Decima. Nam supra sic in Hispania collocauit. Tamen & Tertia ibi fuit, & diuturna: nec aliam causam arbitror, cur Hispani hodieq; legiones suas Tertios appellent.*

\* Notae & Dio idem, in Vespasiano.

Tullius in  
arma eos  
trahit.

Cap.69.  
Iulius retinet.

Vide, per  
deum, que in  
plurimum im-  
perio eue-  
niant.

Galli Roma-  
num iugum  
preferunt.  
Cap.70.

Interea ho-  
stes segniter  
agunt.

Romani un-  
dique irrum-  
punt.

Iulius Bri-  
ganticus pro-  
tis.

Legionarij  
Treueros  
deserunt:  
Alij, plu-  
res.  
Tutor vi-  
dit.

Perculsi  
Treueri.

Tamen ite-  
rum animos  
& arma re-  
cipiunt.  
Cap.71.  
Cerialis in-  
genium.

Ciuis &  
Classicus ac-  
celerant.

gatio illuc opperiebatur, accerrimo instinctore belli Tullio Valentino. Is meditata ora- A  
tione, cuncta magnis imperiis obiectari solita, contumeliasque & inuidiam in popu-  
lum Romanum effudit: turbidus miscendis seditionibus, & plerisque gratus vecordi  
facundiâ. At Iulius Auspex è primoribus Remorum, vim Romanam, pacisque bona  
differtans, & summi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cuiusque periculo geri, iamque  
super caput legiones: sapientissimum quemque reuerentiâ fideque, iuniores periculo ac  
metu continuit. Et Valentini animum laudabant, consilium Auspiciis sequebantur.  
Constat obstitisse Treueris Lingonibusque apud Gallias, quod Vindicis motu cum  
Verginio steterant. Deterruit plerosque provinciarum æmulatio. *quod bello caput? unde  
ius auspiciumque peteretur? quam, si cuncta prouenissent, sedem imperio legerent?* Nondum  
victoria, iam discordia erat: aliis fœdera, quibusdam opes viresque, aut vetustatem ori-  
ginis, <sup>115</sup> per iurgia iactantibus. Tædio futurorum, præsentia placere. Scribuntur ad  
Treueros epistolæ, nomine Galliarum, vt abstinerent armis, impetrabili veniâ, & para-  
tis deprecatoribus si pœniteret. Restitit idem Valentinus, obstruxitque ciuitatis suæ B  
aures, haut perinde instruendo bello intentus, quàm frequens concionibus. Igitur non  
Treueri neque Lingones, ceteræve rebellium ciuitates, pro magnitudine suscepti discri-  
minis agere. Ne duces quidem, in vnum consulere. Sed Ciuis, auia Belgarum circum-  
ibat: dum Claudium Labeonem capere, aut exturbare nititur. Classicus, segne plerum-  
que otium trahens, velut parto imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturauit supe-  
riorem Germaniæ ripam, & ardua alpium <sup>116</sup> præfidiis claudere. Atque interim vnact-  
vicesima legio Vindonisâ, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Rhatiam, ir-  
rupere. Accessit ala Singularium, excita olim à Vitellio, deinde in partes Vespasiani  
transgressa. Præerat Iulius Brigantius, sorore Ciuis genitus, vt ferme <sup>117</sup> acerrima pro-  
ximorum odia sunt, inuisus auunculo infensusque. Tutor, Treuerorum copias, recenti  
Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, veterano pedite atque equite fir-  
mauit, corruptis spe, aut metu subactis legionariis, qui primò cohortem præmissam à  
Sextilio Felice, interficiunt. mox vbi duces exercitusque Romani propinquabant, ho-  
nesto transfugio rediere: secutis Tribocis, Vangionibusque & Caracatibus. Tutor, Tre- C  
ueris comitantibus, vitato Magontiaci Bingium concessit, fidens loco, quia pontem  
Nauæ fluminis abruperat. sed incursu cohortium quas Sextilius ducebat, & reperto va-  
do, proditus fufusque. Eâ clade, perculsi Treueri. & plebes omissis armis, per agros pa-  
latur. quidam principum, vt primi posuisse bellum viderentur, in ciuitates, quæ socie-  
tatem Romanam non exuerant, perfugerunt. Legiones à Nouesio Bonnaque in Treue-  
ros, vt supra memorauimus, traductæ, se ipsas in verba Vespasiani adigunt. Hæc Valen-  
tino absente gesta. qui vbi aduentabat, furens, cunctaque rursus in turbas & exitium  
conuersurus: legiones in Mediomatricos, sociam ciuitatem, abscessere. Valentinus ac  
Tutor, in arma Treueros retrahunt: occisis Herennio ac Numisio legatis, quo minore  
spe veniæ cresceret vinculum sceleris. Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Magon-  
tiacum venit. eius aduentu, erectæ spes. Ipse pugnae avidus, & contemnendis quàm ca-  
uendis hostibus melior, ferociâ verborum militem incendebat. vbi primùm congre-  
dicuisset, nullam prælio moram facturus. Dilectus per Galliam habitos, in ciuitates re-  
mittit, ac nuntiare iubet sufficere imperio legiones. socij ad munia pacis redirent, securi  
velut confecto bello, quod Romanæ manus excepissent. Auxit ea res Gallorum obse-  
quium. nam receptâ iuuentute, facilius tributa tolerauere, proniores ad officia quod  
spernebantur. At Ciuis & Classicus, vbi pulsus Tutorem, caesos Treueros, cuncta ho-  
stibus

115. PER IURGIA IACTANTIBVS. ] *Sumpsit le-  
ctionem à P. Manutio: qui amicè mihi in pomeri-  
diano sermone contribuit. Nam vulgò est, periur-  
iaque iactantibus. in manuss. periuriam iactantibus.  
quod Manutianam coniecturam firmat. Romano ta-  
men libro est, pro iure iactantibus. quod reiicere, in-  
iurium sanè sit.*

116. PRÆSIDIIS CLAUDERE. ]

Rom. Præfidiis capere. quod recipio.

117. ACERRIMA PROXIMORVM ODIS. ] *Ex-  
sequitur Aristoteles, VII. Politic. cap. VII. & caus-  
sam donat: vide. Sed breuiter, pro nostrâ re: Pro-  
uerbio iactatum ait, Χαλεποὶ πρὸς ἀδελφῶν.  
καὶ, Οἱ πρὸς ἀδελφῶν, οἷδ' ἐκείνους πρὸς ἀδελφῶν.  
Grauia fratrum bella. & Qui nimis amant, ni-  
mis oderunt.*

Astibus prospera accepere: trepidi ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monere, ne summæ rei periculum faceret. Eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviori itinere legiones in hostem verterent, contracto quod erat militum Magontiaci, quantumque secum transfugerat, tertiis castris <sup>118</sup> Rigodulum venit. quem locum, magnâ Treuerorum manu, Valentinus infederat, montibus aut Mosellâ amne septum. & addiderat fossas, obicesque saxorum. Nec deterruere ea munimenta Romanum ducem, quo minus peditem perumpere iuberet; equitum aciem, in collem erigeret; spreto hoste, quem temerè collectum, haut ita loco iuvari, ut non plus suis in virtute foret. Paulum moræ in ascensu, dum missilia hostium præuehantur. Ut ventum \* ad manus; deturbati, ruinæ modo, præcipitantur. Et pars equitum, æquioribus iugis circumuecta, nobilissimos Belgarum, in quibus ducem Valentinum, cepit. Cerialis, postero die, coloniam Treuerorum ingressus est, audio milite eruentæ ciuitatis. Hanc esse Classici, hanc Tutoris patriam. horum scelere, clausas caesasque legiones. Quid tantum Cremonam meruisse, quam è gremio Italiæ raptam, quia vnius noctis moram victoribus attulerit? Stare in confinio Germaniæ integram sedem, spoliis exercituum & ducum cadibus ouantem. Redigeret prædam in fiscum: ipsis sufficere ignes, & rebellis colonie ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur. <sup>119</sup> Cerialis metu infamiæ, si licentiâ scætitiaque imbuere militem crederetur, pressit iras. & paruere, posito civili bello ad externa modestiores. Conuertit inde animos, accitarum è Mediomatricis legionum miserabilis aspectus. Stabant conscientia flagitij mæstæ, fixis in terram oculis. Nulla intercoëuntes exercitus consalutatio. neque solantibus hortantibusve responsa dabant, abditæ per tentoria, & lucem ipsam vitantes. nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus obstupescerat: attonitis etiam victoribus, qui vocem precesque adhibere non ausi, lacrymis ac silentio veniam poscebant. donec Cerialis mulceret animos, facta dictitans, quæ militum ducumve discordiâ, vel fraude hostium euenissent. Primum illum stipendiorum & sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque Imperatorem, neque se meminisse. Tunc recepti in eadem castra. & edictum per manipulos, ne quis in certamine iurgiove seditionem aut cladem commilitoni obiectaret. Mox Treueros ac Lingonas, ad concionem vocatos, ita alloquitur: Neque ego umquam facundiam exercui; & populi Romani virtutem armis affirmavi. Sed quia apud vos verba plurimum valent, bonaque ac mala non suâ naturâ, sed vocibus seditiosorum æstimantur: statui pauca differere, quæ profligato bello, vtilius sit vobis audisse, quam nobis dixisse. Terram vestram, ceterorumque Gallorum, ingressi sunt duces Imperatoresque Romani, nullâ cupidine, sed maioribus vestris inuocantibus, quos discordia vsque ad exitium fatigabant. & acciti auxilio Germani, sociis pariter atque hostibus seruitutem imposuerant. Quot præliis aduersus Cimbrorum Teutonorumque, quantis exercituum nostrorum laboribus, quove euentu Germanica bella tractauerimus, satis \* clarum. Nec idè Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur: sed ne quis alius Ariouistus, regno Galliarum potiretur. An vos cariore Civili Batauisque & Transrhenanis gentibus creditis, quam maioribus eorum patres auique vestri fuerunt? Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque auaritia, & mutanda sedis amor: ut relictis paludibus & solitudinibus suis, fecundissimum hoc solum, vosque ipsos possiderent. Ceterum libertas & speciosa nomina prætexuntur. nec quisquam alienum seruitium, & dominationem sibi concupiuit, ut non eadem ista vocabula usurparet. Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum ius concederetis. Nos, quamquam totiens lacesciti, iure victoria id solum vobis addidimus, quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium, sine armis; neque arma, sine stipendiis; neque stipendia, sine tributis haberi queunt. Cetera in communi sita sunt. Ipsi plerumque legionibus nostris præsidetis: ipsi has aliasque prouincias regitis. Nihil separatim, clausumve. Et <sup>120</sup> laudatorum Principum usus ex e-

Sed præuenit Cerialis,

Valentinum inuadit:

\* Flor. in Alios fugat: ipsum capit.

Cap. 72.

Treueris exercitum imminabat.

Sed Cerialis discussit.

Legiones nuper dedita.

Veniam impetrant.

Cautum eorum infamia.

Cap. 73.

Cerialis, ita me dicit, facunda &amp; sapiens oratio.

\* Vat. claret.

Cap. 74.

quo,

118. RIGODVLVM VENIT. ] Vatic. Ridogulum. Hodie dimidiatum nomen tenet, aliquot miliaribus supra Confluentes, pagus Rigol dictus.

119. CERALIS METV INFAMIÆ. ] Vulgati, Cerialis à metu. Mibi vox aliqua excidisse

videtur, & alternasse causis, ut solet, Tacitus: Cerialis emptus, an metu infamiæ. sine, Cerialis clementiâ, an metu.

120. LAVDATORVM PRINCIPVM. ] Acuta gnome: quam non abest quin callidè abductam Salustio

quo, quamuis procul agentibus: seu proximis ingruunt. <sup>121</sup> quomodo sterilitatem, aut nimios im-  
bres, & cetera naturae mala; ita luxum, vel avaritiam dominantium tolerate. Vicia erunt, donec  
homines. sed neque haec continua; & meliorum interuentu pensantur, nisi forte Tutor & Classi-  
co regnantibus, moderatus imperium speratis: aut minoribus quam nunc tributis, parabantur  
exercitus, quibus Germani Britannique arceantur. Nam pulsus (quod dii prohibeant) Romanis,  
<sup>122</sup> quid aliud quam bella omnium inter se gentium existent? Otingentorum annorum fortu-  
na disciplinaque, compages haec coaluit: quae conuelli, sine exitio conuellentium, non potest. Sed vo-  
bis maximum discrimen, penes quos aurum & opes, praecipuae bellorum causae. Proinde pacem  
& urbem, quam victi victoresque eodem iure obtinemus, amate, colite. Moneant vos utrius-  
que fortunae documenta, ne contumaciam cum pernicie, quam obsequium cum securitate malitis.

Cap. 75.

Treuere  
ignotum.\* Fern nun-  
ti, quod pro-  
bo.Ciuis &  
Classicus ad-  
uenere.

Cap. 76.

Ille pugnam  
differt ten-  
set.Tutor ma-  
turat:Et cum eo  
Classicus.

Cap. 77.

Romanos in-  
uadunt im-  
promiso.Panem fun-  
dunt.

Tali oratione grauiora metuentes composuit, erexitque. Tenebantur victore exercitu  
Treuere; cum Ciuis & Classicus misere epistolas ad Cerialem, quarum haec sententia  
fuit. Vespasianum, quamquam \* nuntios occultarent, excessisse vitam. Urbem atque Ita-  
liam, interno bello consumptam. Muciani & Domitiani, vana & sine viribus nomina. Si  
Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus ciuitatum suarum contentos: si praee-  
lium mallet, ne id quidem abnuere. Ad ea Cerialis Ciuis & Classico nihil: eum qui  
attulerat ipsas epistolas, ad Domitianum misit. Hostes diuisis copiis aduenere vindi-  
que. Plerique culpabant Cerialem passim iungi, quos discretos interciperi licuisset. Ro-  
manus exercitus castra fossa valloque circumdedit: quis temere antea intus confede-  
rat. Apud Germanos, diuersis sententiis certabatur. Ciuis opperendas Transrhe-  
nanorum gentes, Quarum terrore fracta Po. Ro vires obtererentur. Gallos quid aliud  
quam praedam victoribus? & tamen quod roboris sit, Belgas, secum palam, aut voto stare: Tu-  
tor contatione crescere rem Romanam affirmabat, coeuntibus vndique exercitibus.  
Transuetam a Britannia legionem: accitit ex Hispania: aduentare ex Italia: nec subitum mili-  
tem, sed veterem, expertemque belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non re-  
gi, sed cuncta ex libidine agere. Pecuniamque ac dona, quis solis corrumpantur, maiora apud Ro-  
& neminem adeo in arma promptum, ut non idem pretium quietis quam periculi malit. quod si  
statim congregiantur, nullas esse Ceriali, nisi ex reliquiis Germanici exercitus, legiones, faderibus  
Gallarum obstrictas. Idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum contra spem suam  
fuderint, alimentum illis ducique temeritatis. Ausuros rursus, venturosque in manus, non imperi-  
ti adolescentuli verba & conciones, quam ferrum & arma meditantis, sed Ciuis & Classici:  
quos ubi aspexerint, redituram in animos formidinem, fugam, famemque, ac totiens captis pre-  
cariam vitam. neque Treueros aut Lingonas benevolentia contineri: resumpturos arma, ubi metus  
abscesserit. Diremit consiliorum diuersitatem, approbatam Tutoris sententiam, Classicus.  
statimque exsequuntur. Media acies Vbiis Lingonibusque data, dextro cornu cohortes  
Batauorum, sinistro Bructeri Tencteri que. pars montibus, alij viam inter Mosellamque  
flumen, tam improvisi assiluerunt, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem  
in castris egerat) pugnari simul, vinctique suos audierit, increpans pauorem nuntiantium,  
donec vniuersa clades in oculis fuit. Perrupta legionum castra, fusi equites: Medius  
Mosellae pons, qui vltiora Coloniae annectit, ab hostibus infessus. Cerialis turbidis re-  
bus

lustio credam, in oratione Sullae ad Bocchum: Tibi  
verò nulla amicitia opportunior nostra. primum  
quod procul absimus, in quo offensae minimum,  
gratia par ac si propè adessemus.

121. QVOMODO STERILITATEM. ] Pulchrum  
documentum in mala publica, & ad ea fortiter susti-  
nenda. Seneca praeterat, De Constantia sapientis,  
cap. IX. Omnia itaque sic patitur, ut hiemis rigo-  
rem, & intemperantiam caeli, ut feruores mor-  
bosque, & cetera forte: occidentia. At Dio Cassius  
Ciceronem ita loqui facit, ubi Amnestiam suadet, post  
cadem Caesaris: Ως τε τα μὲν γεννημένα ταῦτα χα-  
λάτης τε πῶς ἢ κατακλυσμῶ πρόσωπον συμβεβηκέναι  
νομίζοντες, λήθη ὄψα' ὄστε: Itaque haec praeterita,

grandinis aut nimbi modo euenisse existimantes,  
obliuioni tradite. Planè gemina sunt, & aut ab in-  
uentione, aut imitatione.

122. QUID ALIUD QVAM BELLA. ] Oracu-  
culum, cuius fidem proavi viderunt: & nos vi-  
demus, videbimusque, quamdiu secta in tot domi-  
nos Europa non audiet vnius Aurigae habenas. Plu-  
tarchus igitur verè, Imperium Romanum, velut  
anchoram esse scripsit fluctuanti mundo. Et non-  
ne à Crispo suo hoc effatum sumpsit noster? sumpsit.  
Ille sic ad Caesarem: Quippe si morbo iam aut  
fato huic Imperio secus accidat: cui dubium est,  
quin per orbem terrarum vastitas, bella, caedes  
orientur?

A bus intrepidus, & fugientes manu retrahens, intacto corpore pronus inter tela, felici temeritate, & fortissimi cuiusque accursu, recuperatum pontem lectâ manu firmavit. Mox in castra reuersus, palantes captarum apud Nouesium Bonnamque legionum manipulos, & rarum apud signa militem, ac propè circumuentas aquilas videt. Incensus irâ, *Non Flaccum, inquit, non Voculam deseritis. Nulla hic proditio. neque aliud excusandum habeo, quàm quòd vos Gallici fœderis* <sup>123</sup> *oblitos prædixerim, memoriam Romani sacramenti tenere credidi. Annumerabor Numisiis & Herenniis, ut omnes legati vestri, aut militum manibus, aut hostium ceciderint.* <sup>124</sup> *Ite, nuntiate Vespasiano, vel, quod propius est, Ciuili & Classico, relictum à vobis in acie ducem. Venient legiones, quæ neque me inultum, neque vos impunitos patiantur.* Vera erant. & à tribunis præfectisque eadem ingerebantur. Consistunt per cohortes, & manipulos. neque enim poterat patescere acies effuso hoste, & impredientibus tentoriis sarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor, & Classicus, & Ciuilis, suis quisque locis pugnam ciebant: Gallos pro libertate, Batauos pro gloriâ, Germanos ad prædam instigantes. Et cuncta pro hostibus erant. donec legio vicesimaprima, patientiore quàm ceteræ spatio conglobata, sustinuit ruentes; mox impulit. Nec sine ope diuinâ, mutatis repente animis, terga victores vertere. Ipsi terrosos se cohortium aspectu ferebant, quæ primo impetu disiectæ, summis rursus iugis congregabantur, ac speciem noui auxiliij fecerant. Sed obtitit vincentibus prauum inter ipsos certamen, hoste omisso spolia confectandi. Cerialis, ut incuriâ propè rem afflixit, ita constantiâ restituit. Secutusque fortunam, castra hostium eodem die capit excinditque. Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenses; offerebantque vxorem ac sororem Ciuilis, & filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. Atque interim dispersos in donibus Germanos trucidauerant. Vnde metus & iustæ preces inuocantium, antequam hostes reparatis viribus, ad spem, vel ad vltionem accingerentur. Namque & Ciuilis illuc intenderat, non inualidus, flagrantissimâ cohortium suarum <sup>125</sup> integrâ, & è Chaucis Frisiiisque compositâ. <sup>126</sup> Tolbiaci, in finibus Agrippinensium, agebat. Sed tristis nuntius auertit, deletam cohortem dolo Agrippinensium: qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus, igne iniecto, cremauere. Simul Cerialis propero agmine subuenit. Circumsteterat Ciuilem & alius metus, ne quartadecima legio, adiunctâ Britannicâ classe, affligeret Batauos, quâ Oceano ambiuntur. Sed legionem, terrestri itinere, Fabius Priscus legatus in Neruios Tungrosque duxit. Eaque ciuitates in deditioem acceptæ. Classem vltro Caninefates aggressi sunt. maiorque pars nauium depressa, aut capta. Et Neruiorum multitudinem spontè commotam, ut pro Romanis bellum capefferet, iidem Caninefates fudere. Classicus quoque aduersus equites, Nouesium à Ceriali præmissos, secundum prælium fecit. quæ modica, sed crebra damna, famam victoriæ nuper partæ lacerabant. Iisdem diebus, Mucianus Vitellij filium interfici iubet: mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. Neque Antonium Primum adsciri inter comites à Domitiano passus est: fauore militum anxius, & superbiâ viri, æqualium quoque adeo superiorum intolerantis. Profectus ad Vespasianum Antonius, ut non pro spe suâ excipitur, ita neque auerso Imperatoris animo. Trahebatur in diuersa. hinc, meritis Antonij, cuius ductu confectum haut dubiè bellum erat: inde, Muciani epistolis. simul ceteri, ut infestum tumidumque infectabantur, adiun-

Cerialis mira constantia.

Milites increpat.

Cap. 78. Iugum recipiunt.

Mox fugant hostem:

Nimis præda intentum.

Cap. 79. Vbi auxiliium petunt.

Cohortem Ciuilis dolo necant.

Classis Romana fusa. Itemq; Neruij, eorum socij.

Cap. 80.

Antonius Primus ad Vespasianum venit.

123. OBLITOS PRÆDIXERIM.] Vocem, prædixerim, corruptam, aut superfluere vides. Rodolphus pro eâ legisse videtur, oblitos, proximam memoriam. In Florentino est, temerè, pro, tenere. Quoleui ductu, hæc concinno: oblitos, redisse in memoriâ R. f. temerè credidi. Et collineavi, atque attigi.

124. ITE, NUNTIATE VESPASIANO.] Similis inuidia metum suis militibus iam fugientibus Sulla iniicit: Siquis vos milites rogauerit, ubi Sullam Imperatorem vestrum reliqueritis, respondete,

Apud Orchomenum pugnantem. Atque ille hac increpatione rem labentem sustinuit. Plutarchus & Appianus.

125. INTEGRA, ET E CHAUCIS.] Romanus codex, & editiones aliæ: integrâ manu, & è Chaucis. Legam, integrâ manente, è Chaucis. Florentinus porrò, integraque ex: si plenè, facias cum Pichenâ, integra, quæ.

126. TOLBIACI.] Farnes. Colbiaci: In itinera-rio Antonini, Tobiaci.

Cuius mores  
non au-  
lam.  
Itaque vile-  
scit.

Cap. 81.

Miracula  
V. Vespasiano  
edita.  
Cecum sa-  
nat.

Mancum sa-  
nat.

Cap. 82.

Sarapidis  
templum  
adit  
Omen illic ei  
factum.

Cap. 83.

De Sarapide  
ipso excursio.

adiunctis prioris vitæ criminibus. neque ipse deerat arrogantiam vocare offensas, nimius A commemorandis quæ meruisset. Alios ut imbelles, Cæcinam ut captivum ac dediticium increpat. Vnde paulatim levior viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitiam. Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandria statos æstivis flatibus dies, & certa maris, opperiebatur, multa miracula evenere, quibus cælestis favor & quædam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur. Ex plebe Alexandrinâ quidam, oculorum tabe notus, genua eius aduoluit, remedium cæcitatibus exposcens gemitu, monitu Sarapis dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit. precabaturque Principem, ut genas & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Alius manu æger, eodem deo auctore, ut pede ac vestigio Cæsaris calcaretur, orabat. Vespasianus primò irridere, aspernari: atque illis instantibus, modò famam vanitatis metuere, modò obsecratione ipsorum, & vocibus adulantium in spem induci. postremò æstimari à medicis iubet, an talis cæcitas ac debilitas, ope humanâ superabiles forent. Medici variè differere. Huic non exesam vim luminis, & redituram si pellerentur B obstantia: illi elapsos in pravam artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari. Id fortasse cordi deis, & diuino ministerio Principem electum. denique patrati remedij gloriam, penes Cæsarem; irriti, ludibrium penes miseros fore. Igitur Vespasianus cuncta fortunæ suæ patere ratus, nec quidquam ultra incredibile, læto ipse vultu, erectâ quæ astabat multitudine, iussa exsequitur. Statim conuersa ad usum manus, ac cæco reluxit dies. Vtrumque qui interfuerunt nunc quoque memorant, postquam <sup>127</sup> nullum mendacio pretium. Altior in Vespasiano cupido adeundi sacram sedem, ut super rebus imperij consulere. Arceri templo cunctos iubet. atque ingressus, intentusque numini, respexit ponè tergum <sup>128</sup> è primoribus Ægyptiorum, nomine Basiliden: quem procul Alexandria plurium dierum itinere, & ægro corpore detineri haut ignorabat. Percontatur sacerdotes, num illo die Basilides templum inisset? percontatur obuios, num in vrbe visus sit? denique missis equitibus explorat, illo temporis momento, octoginta millibus passuum abfuisse. Tunc diuinam speciem, & vim responsi ex nomine C Basilidis, interpretatus est. Origo dei nondum nostris auctoribus celebrata: Ægyptiorum antistites, sic memorant. Ptolemæo regi, qui Macedonum primus Ægypti opes firmavit, cum Alexandria recens conditæ mœnia, templaque & religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio & maiore quàm humana specie iuuenem, qui moneret, ut fidissimis amicorum in Pontum missis, effigiem suam acciret: lætum id regno, magnamque & inclutam sedem fore quæ excepisset. simul visum eundem iuuenem in cælum igne plurimo attolli. Ptolemæus omine & miraculo excitus, sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos visus aperit. Atque illis Ponti & externorum parum gnaris, Timotheum Atheniensem è gente Eumolpidarum, quem ut antistitem cærimoniarum Eleusi exciuerat, quæ nam illa superstitio, quod numen interrogat. Timotheus, quæsitus qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illuc Sinopen, nec procul templum vetere inter accolas famâ Iouis Ditis. Namque & muliebrem effigiem assistere, quam plerique Proserpinam vocent. Sed Ptolemæus, ut sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quàm religionum appetens, negligere paulatim, aliaque ad curas animum vertere: donec eadem species terribilior iam & instantior, exitium ipsi regnoque denuntiaret, nisi iussa patrarentur. Tum legatos & dona Scydrothe nidi regi (is tunc Sinopensibus imperitabat) expediri iubet, præcipitque nauigaturis, ut Pythium Apollinem adeant. Illis mare secundum. Sors oraculi haut ambigua. Irent, simulacrumque patris sui reueherent,

127. NULLVM MENDACIO PRETIVM.] Quis autem gratuito mendax sit?

— cum sint præmia falsi  
Nulla, ratam debet testis habere fidem,  
ait Ovidius.

128. E PRIMORIBVS ÆGYPTIORVM BASILI-

DEN.] Firmat hoc valde viri eximij coniecturam Leuini Torrentij, in Suetonij Vespasiano: Basilides libertus obtulisse ei visus est. Quomodo libertus, si sacerdos? si, quod hic dicitur, è primoribus Ægyptiorum? Bene igitur ille magnus amicus noster, Basilides obtulisse, deletâ voce libertus, perperam infarctâ.

**A** rent, sororis relinquerent. Ut Sinopen venere, munera, preces, mandata regis sui Scydröthemidi allegant. Qui diuersus animi, modò numen pauescere, modò minis aduersantis populi terreri, sæpè donis promissisque legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto, Ptolemæus non studium, non preces omittere. Dignitatem legatorum, numerum nauium, auri pondus, augebat. Tum minax facies Scydröthemidi offertur, ne destinata deo vltra moraretur. Contantem varia perniciës, morbiq̃ue & manifesta cælestium ira, grauiorq̃ue indies fatigabat. Aduocatâ concione, iussa numinis, suos Ptolemæiq̃ue visus, ingruentia mala exponit. Vulgus aduersari regem, inuidere Ægypto, sibi metuere, templumq̃ue circumfidere. Maior hinc fama tradidit, deum ipsum appulsas litoti nauis spontè conscendisse. Mirum inde dictu, tertio die tantum maris emensi, Alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudine vr̃bis exstructum, loco cui nomen Rhacötis. fuerat illic sacellum, Sarapidi atque Isidi antiquitus sacratum. Hæc de origine & aduëctu dei, celeberrima. Nec sum ignarus, esse quosdam qui Seleuciâ vr̃be Syriæ accitum, regnante Ptolemæo, quem tertia ætas tulit: alij auctorem eumdem Ptolemæum, sedem **B** ex quâ transierit, Memphim perhibent, inelytam olim, & veteris Ægypti columnen. Deum ipsum multi Æsculapium, quòd medeatur ægris corporibus; quidam Osirim, antiquissimum illis gentibus numen; plerique Iouem, vt rerum omnium potentem; plurimi Ditem patrem, insignibus quæ in ipso manifesta, aut per ambages coniectant. At Domitianus Mucianusq̃ue, antequam alpibus propinquarent, prosperos rerum in Treueris gestarum nuntios accepere. Præcipua victoriæ fides, dux hostium Valentinus, nequaquam abiectò animo, quos spiritus gessisset, vultu ferebat. Auditus idè tantum, vt nosceretur ingenium eius, damnatusq̃ue. inter ipsum supplicium, exprobranti cuidam patriam eius captam, Accipere se solatium mortis respondit. Sed Mucianus quod diu occultauerat, vt recens expromsit. *Quoniam benignitate deum fracta vires hostium forent: parum decorè Domitianum, confecto propè bello, aliena gloria interuenturum. Si status imperij, aut salus Galliarum, in discrimen verteretur, debuisset Cæsarem in acie stare. Caninefates Batauosq̃ue minoribus ducibus delegandos. Ipse Lugduni vim fortunamq̃ue principatus è proximo ostentaret, nec paruis periculis immixtus, & maioribus non defuturus.* Intelligebantur artes. sed pars obsequij in **C** eo, ne deprehenderentur. Ita Lugdunum ventum. Vnde creditur Domitianus, occultis ad Cerialem nuntiis, fidem eius tentauisse, an præsentì sibi exercitum imperiùmq̃ue traditurus foret. <sup>129</sup> quâ cogitatione bellum aduersus patrem cogitauerit, an opes viresq̃ue aduersus fratrem, in incerto fuit. Nam Cerialis, salubri temperamento elusit, vt vana pueriliter cupientem. Domitianus sperni à senioribus iuuentam suam cernens, modica quoque & vsurpata antea munia imperij omittebat. Simul simplicitatis ac modestiæ imagine, in altitudinem conditus: studiumq̃ue litterarum & <sup>130</sup> amorem carminum simulans, quò velaret animum, & fratris æmulationi subduceretur, cuius disparem mitioremq̃ue naturam <sup>131</sup> contra interpretabatur.

Cap: 84:

Cap: 85.

Domitianus  
vici oria  
nuntium ac-  
cipit.Valentinus  
damnatus.Mucianus  
Domitianum  
sistit.Hic res hinc  
hinc tentat.Nec perpe-  
trat.Orum &  
poëtam si-  
mulat.

129. QVA COGITATIONE BELLVM.] *Spernimus, vt spurcum, Cogitare cogitatione. Rom. cod. quâ contagione. ex quò verè emendo, contatione. Contari, D velut conto explorare: & propriè noster hic vsus.*

130. AMOREM CARMINVM SIMVLANS.] *Simulans tantum? ita. Suetonius: Simulauit (Domitianus hic iste) mirè modestiam, inprimisque Poëticæ studium, tam inusitatum antea sibi quàm postea spretum & abiectum. At scriptores eius cui campum hunc adulatorium egregiè exercent, & vatem faciunt supra vates. Omitto poëtas (more mentiri aliquid & extollere iis fas:) ecce nostrum senem Fabium: Hos nominauimus, quia Germanicum Augustum (cautè alium ab isto intellegas) ab institutis studiis deflexit cura terrarum: parumq̃ue diis vi-*

sum est, esse eum maximum poëtarum. Quid tamen iis ipsi operibus eius, in quæ donatus imperio iuuenis successerat (scribo, secesserat) sublimius, doctius, omnibus denique numeris præstantius? *Ite Homere & Virgili, erepta vobis à Paride hoc palma. Plinius etiam Præfatione ad Titum: Quantum in poëticâ es? ô magna fecunditas animi! quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitasti. Hac turpia. atque vti nam tamen timeam, nequis hodie apud Principes sic peccet?*

131. CONTRA INTERPRETABATUR.] *Scripti libri subtexunt, neque vos impunitos patiantur. Perperam. quia verba sunt ex oratione Cerialis supra repetita. Farnesianus adscribit, Deest hic aliquantulum. cui fidem habeo.*

C. COR.